8
Box 28

DE

SUBJECTIS REI APUD CICERONEM CUM VERBIS QUÆ ACTIONEM SIGNIFICANT CONJUNCTIS

COMMENTATIO.

SCRIPSIT

ET

PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

IN PUBLICO DEFENDET

KONRAD AHLÉN

LIC. PHILOS. NER.

IN AUDITORIO GUSTAVIANO MINORE A. D. XV CAL. JUN. MDCCCLXXVII
H. P. M. S.

UPSALIÆ
TYPIS DESCRIPSIT IESAIAS EDQUIST
MDCCCLXXVII.

Magnam intercedere dissimilitudinem differentiamque et verborum et sententiarum inter antiquas, quæ dicuntur, linguas et recentiores quis est, qui nesciat. Quæ quum ita sint, si quis ex nostra aliave, qua nunc utuntur homines, lingua aliquid in Latinum convertere volet, eum in multas magnasque difficultates incidere posse confitendum est, nam non solum omnia communia illa et contrita grammaticæ Latinæ præcepta perspecta habeat atque explorata oportet, verum etiam non mediocris ei adhibenda est cura, ut verbis utatur et optimis et usitatis iisdemque declarantibus id, quod significari vult. Eidem quoque cavendum est, ne in verborum continuatione sententiarumque absolutione hæreat, ut eas, quas Latinæ linguæ patitur consuetudo, translationes sumat, denique ut omnia, quæcumque dicturus est, plane ac simpliciter verbis efferat. Quid? quod ne sic quidem hujusce linguæ subtilior cognitio, intelligens judicium elegantiaque existere potest, nam aliæ in studium Latini sermonis incumbenti occurrunt difficultates atque hæ quidem majores; cognoscendi enim sunt mores atque ingenium, percipienda vivendi consuetudo, disciplina reipublicæ, omnis denique antiquitas. Neque id mirum; namque in lingua tamquam imaginem suam ipsius expressam habet atque adumbratam, sicut omnes, sic ille populus. Quapropter, quonjam multæ res ad antiquitatis et Latinæ linguæ studium pertinentes subtiliorem disceptationem et cognitionem desiderant, mihi non plane inutilem suscepisse operam videor, si ad hanc linguam pernoscendam ejusque leges perscrutandas aliquid conferrem. Itaque in hoc opusculo mihi tractandam proposui hanc grammaticæ Latinæ partem, quæ in subjectorum rei, quæ dicuntur, vi atque usu cognoscendis et recte constituendis versatur. Ac primum quidem inter omnes constat hujusce generis subjecta in Latino sermone cum omni genere verborum conjungi non posse contra atque in recentioribus fieri solet linguis, quæ ab tali constructione non abhorrent. Qua de re grammatici quidem monent substantiva abstracta eaque, quæ inanimas res significent, cum verbis transitivis, quæ vocantur, vel in primis cum iis verbis, quæ animi actionem exprimant, conjungi non posse. Cfr. Seyffert. Palæst.

Cic. Comment. Mater. II. cap. III. Causam quærenti solent respondere Latinam linguam, quæ sit natura simplex atque perspicua, magnopere ab eo, quod ambigue quodque obscure dictum sit, abhorrere. Hæc res si tam late pateret, quam illi voluerunt, ipsa loquendi consuetudo ingenium et cogitationem vel arctissimis constringeret vinculis neque id quidem Latinæ linguæ conveniens esset, quæ copia atque varietate formarum locutionumque in primis excellit. Ac si quis scriptores ipsos adierit, facile inveniet, non solum non argenteæ, quæ vocatur, ætatis scriptores, sed etiam optimos liberiorem sibi usum vindicasse. Quum igitur in hac re errasse viderentur grammatici superiores, ea, quæ illi summatim præceperant, diligentius definire et explicare coacti, posteriores astringebant. Quam ob rem Handius in libro, ubi hanc rem tractat [1]), postquam animadvertit præceptum illud non tam late patere quam grammatici existimassent, adjungit, quid postulet dicendi consuetudo, quid respuat, diligentissime esse considerandum. Neque Ciceronem ipsum ab hac consuetudine abhorruisse et, quatenus in hac re per eum progredi liceat, exemplo e libro de Senectute allato *a rebus gerendis senectus abstrahit* docet.

Ac Seyffertus quidem doctissimus ille Latini sermonis existimator de hoc grammatico loco paulo uberius disseruit [2]); iis enim expositis, quæ de hac re senserunt grammatici scriptores, hæc fere præcepta tradit: In primis hæc præcepta in terrarum urbiumque nominibus, quæ pro incolis usurpantur, valere plerisque videri: non igitur, *Roma de bello inferendo cogitabat* pro Romanis. Illa autem præcepta sine nulla exceptione non valere, non solum exempla ex iis scriptis, quæ orationis granditate et ornatu verborum ad poëtarum loquendi consuetudinem accedant, sumpta ostendere, ut de imp. Cn. Pomp. 22. 67: *ora maritima — requisivit,* sed etiam rhetorica ceteraque opera Ciceronis multa hujusmodi præbere exempla. — — Deinde eos locos proferri posse, in quibus substantivum abstractum pro concreto usurpetur, ut p. Sest. 51. 109: *omnes honestates* (omnes honesti) *consentiunt,* aut subjectum personale substantivo abstracto circumscribatur, *summorum virorum auctoritas effecit ut,* . . . Neque omnino hanc dicendi consuetudinem scriptores fugisse, si verbum cogitationem ad subjectum personale facile et apte deduxerit, ut Cæs. Bell. Biv, II. 30: erant sententiæ, quæ — censerent; Cat. M. 10. 32: *laudato proverbio, quod monet.* Postremo monet locutiones, quæ sunt *res postulat*, *causa repuirit*, *desiderat* non eodem in

---

[1]) Handbuch der Lat. Stil. p. 162.

[2]) Pal. Cic. Mat. II. cap. III.

genere ponendas esse, quum in iis *res*, *causa* eodem fere modo ac natura et ratio vivere et agere videantur, quamquam in his quoque locutionibus, quid sermonis consuetudo ferre possit, diligenter tenendum sit.

A ceteris, qui de hac re disputarunt, in eo differt Nägelsbachius, quod in eo capite, ubi de enunciato agitur, hanc grammaticæ partem accuratius definit eamque ad totam de subjectis quæstionem judicat pertinere. Ille igitur intransitiva quoque verba et passiva, quæ inveniuntur in locutionibus, quæ ad hunc locum pertinent, in disceptationem vocavit. Atque ex iis præceptis ea tantum afferam, quæ hanc quæstionem, quam instituimus, proxime attingunt: Subjecta et abstracta et ea, quæ inanimas res significent, cum omni genere verborum conjungi posse, nam aut a) personas per res exprimi aut b) res personæ vice fungi: Ex, a) *diutius quam vellem tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata abfuit* Acad. II. 1. 3; *mihi mirum videatur tam valde reliquum tempus ab illo uno die dissensisse* Phil. I. 2. 5; — b) *hinc spes, hinc desperatio animos irritat* Liv. 21. 8; *vicit tamen et veterum militum virtus et prudentia ducis* ib. 30. 7. Res autem, quæ personæ vicem sustinent, in genera dispertire conatur, quæ sunt a) animi affectiones, vires, virtutes, vitia —— b) vocabula artium rerumque civilium —— c) artes et litteræ ——. Hæ fere sunt sententiæ eorum scriptorum, quos operæ pretium est cognoscere, quæ a me paulo copiosius sunt expositæ, quo facilius id, quod instituti, possem explicare. Ex his igitur apparet substantiva abstracta eaque, quæ res inanimas significant, cum verbis transitivis iisdemqne animi actionem significantibus conjungi posse. Sed quamquam grammatici admonent, quid postulet dicendi consuetudo, diligentissime et religiosissime esse videndum, tamen ex iis, quæ ab his prolata sunt, exemplis hoc totum quale sit suspicari tantum possumus, quid postulet sermonis consuetudo, quid respuat, perspicere non possumus. Hæc mihi consideranti illa cogitatio occurrebat me operæ pretium esse facturum, si in hac re, quatenus per dicendi leges progredi liceret, accuratius et diligentius perscrutarer. Ac primum quidem eos afferam locos, in quibus nobis occurrunt verba transitiva, quæ animi actionem significant, deinde alia verba transitiva et intransitiva, quæ actionem exprimunt, tractare conabor. Quum enim ea sit notio verbi transitivi, quod vocatur, ut actionem in alium transeuntem exprimat, sunt tamen, in quibus actionis notio lateat, id quod, quum subjectis rei sunt conjuncta, in primis apparet. Hæc autem verba aut plane omittenda aut paucis attingenda existimavi. Ac si severe judicantibus rationem opusculi mei probare non pos-

sum, quod fines hujus quæstionis paulo longius quam vellent grammatici superiores, Nägelsbachio excepto, protulisse videar, ut verba intransitiva tractanda nonnumquam mihi susciperem, hoc satis erit admonere, iis omissis naturam hujus quæstionis recte intelligi non posse.

Jam vero in exemplis colligendis, qui scriptor, si unum aliquem deligere vellem, ante alios esset deligendus, dubitantem, me statim ad Ciceronem convertisse, nemo miretur, si illum scriptorem tanti statuat faciendum, quanti homines eum semper faciendum esse existimarunt. Nam quum Latina lingua exculta per Ciceronem atque ad summam perfectionem adducta per ætates paulatim commutari et depravari coepta est, tum in hac re liberiorem sibi usum vindicavit. Nonnulla hujusce rei exempla apud Nägelsbachium (cap. 1 § 14) collecta inveniuntur, ad quem legentes satis habeo rejicere.

Præterea si de vi et natura hujus usus quæritur, monet quidem Quintilianus eum in genere quodam translationis ponendum esse. Cfr. Quint. Inst. Or. VIII. 6. 11: «Præcipueque», inquit, «ex his oritur sublimitas, quæ audaci et proxime periculum translatione tolluntur, cum rebus sensu carentibus actum quendam et animos damus qualis est —— Et illa Ciceronis, *Quid enim tuus ille, Tubero, destrictus in acie Pharsarsalica gladius agebat? Cujus latus ille mucro petebat? qui sensus erat armonum tuorum*»? —— «Secantur hæc in plures: ut a rationali ad rationale et idem de irrationalibus; et hæc invicem, quibus similis ratio est et a toto et a partibus.» Quamquam si hunc usum accuratius distinguere atque definire volumus, sæpissime ad huic finitima genera ut πρωσοποποιΐαν, μετωνυμίαν referendus est. Cfr. Tusc. V. 2. 5: *o vitæ philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum! quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti, tu eos inter se primo domiciliis, deinde conjugiis, tum litterarum et vocum communione junxisti, tu inventrix legum tu magistra morum et disciplinæ fuisti —— cujus igitur potius opibus utamur quam tuis, quæ et vitæ tranquillitatem largita nobis es et terrorem mortis sustulisti.* Jam Cicero ipse hanc rem diversa ratione tractans nonnullis locis attingit, Her. IV. 32. 43: Denominatio est, quæ ab rebus propinquis et finitimis trahit orationem, qua possit intelligi res, quæ non suo vocabulo sit appellata —— Circuitio est oratio rem simplicem adsumpta circumscribens elocutione hoc pacto: *Scipionis providentia Karthaginis opes fregit.* Ac paulo infra hæc: Her. IV: 53. 66: Conformatio est, cum aliqua, quæ non adest persona, confingitur quasi adsit aut cum res muta aut informis fit eloquens et forma ei et oratio attribuitur ad dignitatem

adcommodata aut actio quædam hoc pacto: *quod si nunc hæc urbs invictissima vocem mittat, non hoc pacto loquatur?* Etiam in libro de oratore de hac re disputat, cfr. III: 39 seqq.

Jam vero quod ad rationem et descriptionem hujus commentationis attinet, ita agendum esse putavi, ut primum de substantivis abstractis, quæ dicuntur, deinde de vocibus, quæ res inanimas significant, disputarem. Vix præmonendum videtur, me in hac divisione communi definitione usum esse, qua substantiva appellantur concreta, quæ cerni tangive possunt, abstracta, quæ cerni demonstrarive non possunt, cerni tamen animo atque intelligi possunt. In his autem vel illis collocandis quam viam ingrederer, quum dubitarem, optimum videbatur eam a diversis verborum generibus repetere. Itaque ab iis, quæ animi actionem significant, initium capiendum statui, deinde cetera suo ordine tractabuntur. At si quis erit, cui in instituto meo mansisse non videar, quod ex verbis, non ex substantivis opusculum meum descripserim, ei liceat respondere hanc descriptionem optimam illam quidem videri existimanti, sed nihil esse experienti minus; nam quum eam iterum et sæpius pertractassem, mihi tamen non contigit, ut hæc in genera distinguerem ac separarem, quam ob rem eam deserendam existimavi. Nägelsbachius quidem ipsa genera summatim exponere conatus est, quot in ordinem redegerit, ex opusculo meo potest intelligi. Illa autem descriptione, qua usus sum, id mihi consecutus esse videor, ut omnia, quæ cum eodem verbo conjunguntur, substantiva ante oculos posita haberemus et uno quasi aspectu possemus intueri; quo factum est, ut omnibus statim palam fieret, quousque in hoc subjectorum usu apud unumquodque verbum progredi liceret. Deinde vero quod omnia verba, quæ ejusdem generis sunt, in uno conspectu posita habemus, id ad hanc quæstionem existimandam momentoque suo ponderandam non minimam tenet partem. Sed hæc ipsa dispositio multas habet difficultates; etenim quum idem verbum diversas habeat significationes, quæ vel ad hoc vel ad illud genus referri possunt quumque eadem significatio, quam si diversa ratione interpretamur, huc vel illuc trahi posse videatur, multæ exsistunt difficultates, quas quam nihil mihi superare contigerit, neque ipse ignoro et alii melius intelligent. Equidem sane contentus sum, si non plane errare et vagari hæc tota collocandi ratio videtur. Utcumque res se habet, exemplis colligendis et certis quibusdam legibus disponendis aliis, qui hanc rem dignam statuerit, in qua elaborarent, laborem reddere faciliorem conatus sum.

Atque in exemplis excerpendis et exscribendis me tanta cura ac diligentia, quantum institutum postulavit, versatum esse profiteor;

quam ob rem si quis me in eo reprehendendum esse putaverit quod exempla omiserim, ei erit considerandum, quam incertos hæc res, de qua agitur, habeat fines, quos quidem ad suum quisque arbitrium pæne possit constituere, ut quod omiserit hic, excerpserit ille, quique quo longius progrederis, eo magis recedere videntur. Præterea monendum est eos, quos Cicero ipse in libris rhetoricis exempli causa attulit, locos me plerumque non excerpsisse, quum sæpissime nescirem, unde eos sumpsisset.

Ad ultimum si ipsos Ciceronis libros respicimus, quot quisque et qualia præbeat exempla, invenimus in epistolis pro multitudine earum non multa hujusce generis exempla præsertim quæ audaciorem habeant translationem. Hujus rei quæ causa sit, si requirimus, haud scio an Cicero ipse optime responderit in epistola ad Pætum (Fam. IX. 21): «verum tamen, inquit, quid tibi ego videor in epistolis? nonne plebejo sermone agere? — — epistolas vero cotidianis verbis texere solemus.» In libris autem rhetoricis et philosophicis eæ abundant locutiones, quæ ad sermonem doctorum pertinent. Exempli causa hæc proponimus: Tusc. V. 25. 72: *sequitur tertia, quæ per omnes partes sapientiæ manat et funditur, quæ rem definit, genera dispertit, sequentia adjungit, perfecta concludit, vera et falsa dijudicat disserendi ratio et scientia;* Off. I. 28. 101: *duplex est enim vis animorum atque natura: una pars in adpetitu posita est, quæ est* ὁρμή *Græce, quæ huc et illuc rapit, altera in ratione, quæ docet et explanat quid faciendum fugiendumque sit. [ita fit, ut ratio præsit, adpetitus obtemperet. Omnis autem actio vacare debet temeritate et neglegentia nec vero agere quicquam, cujus non possit causam probabilem reddere; hæc est enim fere descriptio officii.] Efficiendum autem est ut adpetitus rationi oboediant eamque neque præcurrant nec propter pigritiam aut ignaviam deserant, sintque tranquilli atque omni animi perturbatione careant, ex quo elucebit omnis constantia omnisque moderatio. Nam qui adpetitus longius evagantur et tamquam exeultantes sive cupiendo sive fugiendo non satis a ratione retinentur, ii sine dubio finem et modum transeunt; relinquuut enim et abjiciunt oboedientiam nec rationi parent, cui sunt subjecti lege naturæ.* Atque hic usus frequentissimus est in IV libro ad Her. ubi inveniuntur locutiones, quæ sunt: dignitas est, quæ reddit; complexio est, quæ complectitur; traductio est, quæ facit; exclamatio, quæ conficit; interrogatio est, quæ confirmat; sententia, quæ ostendit; contrarium est, quod confirmat; transitio, quæ ostendit; definitio est, quæ amplectitur; correctio, quæ tollit; interpretatio, quæ redintegrat, commutat; pronominatio est, quæ demonstrat; circuitio est oratio

circumscribens; transgressio, quæ perturbat; sim. Apparet jam orationes, quæ, ut supra commemoratum est, verborum granditate et liberiore translationum usu ad poëtarum dicendi consuetudinem accedunt, plurimos præbere locos, in quibus rebus sensu carentibus sensus et actio attribuitur, quamquam non multa ejusmodi exempla apud Ciceronem nobis occurrunt. Cfr. infra eos locos, ubi res mutæ cum verbis affectuum conjunguntur. Licet hoc exemplum liberioris usus afferre ex oratione de dom. 56. 142: *vobis universi senatus perpetua auctoritas, cui vosmet ipsi præstantissime semper in mea causa præfuistis, vobis Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorum concursus, vobis campus centuriarumque una vox omnium, quarum vos principes atque auctores fuistis, vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re aut spe denique sunt bona, omne suum erga meam dignitatem studium et judicium non modo non commissum, verum etiam commendatum esse arbitrabuntur;* quo loco, id quod in aliis animadvertendum est, usus liberior ex eo potest intelligi, quod subjecta personalia et rei promiscue cum eodem verbo conjuncta inveniuntur cfr. Sest. 14. 32.

Substantiva Abstracta.

Hoc totum genus quum a me supra definitum esset, singula tamen restabant, quæ qua ratione essent tractanda non plane liquebat. Sunt enim nonnulla substantiva, quæ si diversa ratione judicantur, vel concreta vel abstracta haberi possunt, ut vocabula, quæ sunt *provincia*, *tabula*, (decem tabulæ), *littera* (litteræ), *alia*. Hæc ut distinguerem, primam semper et primariam vim et significationem tenendam esse existimavi, ita ut exempli causa vocem *tabulæ* in formula *duodecim tabulæ* ad substantiva concreta referrem. Deinde voces, quæ sunt *animus*, *mens*, *ratio*, *natura*, *fortuna* nonnihil dubitationis attulerunt. Nam quum animus et mens ad subjecta rei iis quidem locis, in quibus ipsi per se agere videntur, apte referri non possent, hujusmodi exempla omisi. Cfr. Leg. I. 23. 60 [1]): nam cum animus cognitis perceptisque virtutibus a corporis obsequio indulgentiaque discesserit voluptatemque sicut labem aliquam dedecoris oppresserit omnemque mortis dolorisque timorem effugerit societatemque caritatis coierit cum suis omnesque natura conjunctos suos duxerit cultumque deorum et puram religionem susceperit et exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenii aciem ad bona eligenda et rejicienda contraria — quid eo dici aut cogitari poterit beatius, et quæ sequuntur; Acad. II. 37. 119: mentem, quæ et se et ipsum fabricata sit et omnia moderetur, moveat, regat. In quibus autem pro personis ipsis ponuntur, ea afferre licet. Cfr. Tusc. V. 27. 78: Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutæ mentes pravis erroribus quamvis carnificinam prius subierint, quam — crocodilum violent (cfr. Nägelsb. p. 404. a. umschreibungen der Person). Quod ad vocem, quæ est *ratio*, attinet, eam omnibus significationibus positam afferendam putavi. *Naturam* autem, quam animantem, rationis et consilii compotem, sapientem, ut ipsius verbis utar, haud raro facit Cicero, num semper afferrem, paululum dubitavi; neque enim ea videbantur proferenda exempla, in quibus *natura* ad subjecta rei vix referri possit, ut Off. I. 35. 126: principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur ha-

---

[1]) M. Tullii Ciceronis opera, quæ supersunt omnia ediderunt J. G. Baiter, C. L. Kayser. Lipsiæ MDCCCLXIX.

buisse rationem, quæ formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu, quæ partes autem corporis ad naturæ necessitatem datæ aspectum essent deformem habituræ atque turpem, eas contexit atque abdidit. Sed ne cui forte aliquid deesse videatur, nonnullos locos similes hic licet annotare: De Or. III. 50. 195: voluit; Læl. 24. 88: amat — declaret, quid velit, anquirat, desideret (sæpissime); Fin. IV. 8. 19: quæreret; ib. V. 17. 47: repetit; Tusc. IV. 33. 71: concessit; Fin. III. 12. 40: assentiatur; Tusc. I. 14. 31: judicare; Fin. I. 7. 23: sciscat et probet; ND. II. 9. 24: respuerit; Tusc. V. 25. 70: spectet; Fin. IV. 17. 47: responderit; Tusc. V. 35. 102: admonet; Læl. 24. 88: declarat; Verr. I. 41. 104: hortabatur; Her. III. 22. 35: docet: ND. I. 27. 77: præscripsit; Sex. Rosc, 22. 63: reclamitat; Tusc. I. 39, 93: exegit; Acad. II. 19. 61: ademerat; Quinct. 3. 11: dedisset (sæpissime); De Or. I. 5. 17: tribuit; Quinct. 2. 8: largita est (sæpius); ND. II. 10. 27: impertit; Fin. II. 28. 90: locupletat; Cæcil. 12. 39: adjuvaret (sæpius); Tusc. III. 1. 2: perduceret; Tusc. IV. 6. 12. impellit; Cat. M. 20. 72: coagmentavit; Or. 18. 58: posuit; Fin. V. 21. 58: præeunte[1]); Tusc. III. 1. 2: cedat; Div. II. 26. 57 efficere; De Or. III. 45. 178 fabricata est; Mur. 29. 60: finxit; Inv. II. 1. 3: expolivit. Quibus autem locis de *natura hominis, orationis,* sim. dicitur, ii afferentur. Quod de hac voce dixi, idem fere valet de vocabulo *fortunæ.* Cfr. exempla, quæ sequuntur: Font. 7: 16: satis idoneos tèstes et conscios videtur ipsa fortuna esse voluisse earum rerum; Cluent. 7. 22; 69. 195; Phil. XI. 2. 5; XIII. 5. 12; Fam. VI. 22. 2; Fam. V. 4: postulabat; De Or. III. 3. 12: coëgisset; Marc. 2. 6: sibi vindicat, ducit; Phil. XIII. 5. 10: quod fortuna, quæ dicitur cæca, vidit; Marc. 2. 7: tibi cedit, tuam esse — fatetur; Læl. 15. 54: efficit cæcos, quos complexa est; Post. 17. 48: eripuerat; Fam. V. 18: abstulit; Verr. IV. 21. 46: ademisset; De Or. II. 84. 342: dat (sæpius); Tusc. II. 4. 11: fortes adjuvat; Mur. 31: 64: posuisset; De Or. I. 24. 112: spectatorem fortuna constituit; Cæc. 30. 88: restitueret; Att. III. 15. 4: me patriæ compotem — fecerit.

Sequuntur nonnulla substantiva, quæ et collectiva, quæ vocantur, et abstracta habenda sunt, quæque, quum ad subst. abstr. referenda non apte videantur, hoc loco paucis attingamus. Atque ex iis vox *civitatis* (= cives) sæpissime cum verbis actionem significantibus conjungitur. Cfr. Flacc. 24. 57: volunt; Rep. 18. 28: malit; Phil. XIV. 1. 1: exspectat; Verr. III. 92. 214: petiverunt; Font. 6: 14: orat atque obsecrat; Fam. III. 8. 2: postulantibus civitatibus;

---

[1]) Ea quoque subjecta, quæ in enunciato contracto leguntur, afferenda putavi.

Pomp. 5. 12: deposcere; Phil. X. 9. 19; servire; Oct. 3: pati; Verr. V. 68. 175: tulit (sæpe); Off. II. 7. 23: pertulit; Font. 20. 45: arbitratur; De Or. II. 33. 144: putabit; Balb. 12. 29: dubitarent; Sest. 51. 109: consentiunt; Verr. II. 68. 163: judicarit (sæpius); Flacc. 24. 57: censuissent; Fam. XIII. 53. 2: decrevit; Mur. 35. 74: respuit; De Or. III. 33. 133: nosset; Fam. V. 8. 2: cognosceret; ib. XIII. 64: intellegat; Cat. II. 10. 21: sentiant; Tusc. V. 23. 66: ignorasset — didicisset; Ep. ad Brut. I. 16. 6: videat; Flacc. 23. 56: dicit (sæpe); Verr. II. 5. 14: laudat (sæpius); ib. II. 46. 144: accusant, arguunt; ib. 3. 9: testimonium dixerunt; ib. V. 51. 135: mentiri; Flacc. 23. 56: queritur; (Verr. V. 22. 57: silent;) Læl. 4. 15: lætatur; Phil. II. 26. 64: ingemuit; Sest. 14. 32: squalebat; Ep. ad Brut. I. 16. 6: timeat; Rep. IV. fragm. inhorruisse; Verr. II. 68. 163: dilexit; Læl. 8. 28: oderit; Verr. III. 36. 83: acceperit; Ep. ad Brut. I. 16. 6: recipere; Fam. III. 11. 3: complecti; Verr. I. 34. 87: dedisset (sæp.); ib. III. 33. 76: præbeat; ib. III. 48. 114: misit; Calp. 12. 26: cessisset; Sest. 31. 68: processerat; Verr. I. 31. 80: concurrerit; Font. 20. 45: venit huic subsidio; Verr. II. 4. 11: persecuta est; Ep. ad Brut. I. 3. 2: se effundebat; Brut. 13. 49: effecerat; Verr. IV. 33. 72: bellaret; Flacc. 23. 53: oppugnarit — defenderit; Phil. I. 1: usa erat; Leg. II. 2. 5: dulcis autem non multo secus est ea (civitas) quæ genuit, quam illa, quæ excepit. [*Contio* i. q. conventus cum verbis act. signif. conjungitur: Or. 50. 168: contiones sæpe exclamare vidi; Phil. XIV. 6. 16: una voce cuncta contio declaravit; De Or. II. 59. 242: in quo contio rideret; Har. Resp. 5. 8: etiam sua contio risit hominem; Læl. 25. 95: contio — judicare solet; Cluent. 48. 134: ut omnis contio audire posset. *Legatio*: Verr. II. 4. 10: legationes universæ petiverunt. Vocabula, quæ sunt *concursus, consessus, conventus* huc pertinere videntur hisce locis: Mil. 14. 38: cum totius Italiæ concursus, quem mea salus concitarat, facti illius gloriam libens agnovisset; Dom. 56. 142: municipiorum concursus — (arbitrabuntur); Tusc. I. 16. 37: frequens enim consessus theatri movetur audiens tam grande carmen; Sest. 4. 9: conventus ille Capuæ, qui — me unum patronum adoptavit, — huic apud me maximas gratias egit. Nescio an *frequentia* huc quoque referri possit Act. in Verr. 17. 54: cum hæc frequentia totius Italiæ discesserit quæ convenit — censendi causa.]

Tum vero vocabula, quæ sunt *juventus, adolescentia, senectus, nobilitas, servitium*, pro *juvenibus, senibus*, sim. usurpari satis notum est. Cfr. De Or. 24. 93: juventus nostra dedisceret pæne discendo; Mil. 25. 67: dilecta juventus, quæ tuum corpus domumque

custodit; Rab. 7. 21: cum cuncta nobilitas ac juventus accurreret; — Cat. M. 8. 25: in ea, quæ non vult sæpe etiam adolescentia incurrit; ib. 14. 48: sic adolescentia voluptates propter intuens magis fortasse lætatur; Cæl. 17. 41: multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus insistere aut ingredi vix posset; — Cat. M. 14. 48: delectatur etiam senectus procul eas (voluptates) spectans; ib. 9. 29: an ne eas quidem vires senectuti relinquimus, ut adolescentes doceat, instituat, ad omne officii munus instruat; ib. 8. 26: semper agens aliquid et moliens (senectus); ib. 11: 38: ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet si nemini mancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos; — Verr. IV. 37. 81: ista præclara nobilitas desinat queri p. R. hominibus novis honores mandare; Sex. Rosc. 49. 141: nobilitas armis atque ferro rempublicam reciperavit; — (Flacc. 38. 97: servitia sileant). Eodem fere modo *ætas*, *antiquitas*, *vetustas*, *posteritas* pro hominibus, qui tempore quodam vixerunt, usurpantur. Cfr. Fam. IV. 9. 3: quæ majores nostri ne semel quidem, nostra ætas sæpe jam sensit; Div. I. 19. 37: nisi omnis ætas oraculorum illorum veritatem esset experta; Mil. 28. 77: clarissimas victorias ætas nostra vidit; Marc. 3. 9: nec ulla umquam ætas de tuis laudibus conticescet; Rep. V. 1. 2: nostra vero ætas, cum rempnblicam sicut picturam accepisset egregiam, non modo eam coloribus isdem quibus fuerat renovare neglexit; sed ne id quidem curavit, ut; Or. 5. 18: cui vel primas eloquentiæ patrum nostrorum tribuebat ætas; — Rep. II. 10. 19: antiquitas enim recepit fabulas fictas etiam nonnumquam incondite; hæc ætas autem tam exculta præsertim et prudens omne, quod fieri non potest, respuit; — Har. Resp. 13. 28: omnia illa, quæ vetustas, quæ Persæ — coluerunt, perverteris; Mil. 35. 98: nulla umquam obmutescet vetustas; — Fam. I. 9. 25: ut omnes gentes, etiam ut posteritas omnis intellegat. His igitur locis subst. abstractum pro concreto usurpari apertum est, id quod licet videre in talibus locis, quales sunt Act. in Verr.[1]) 17. 52: curcumstant te summæ auctoritates, quæ te oblivisci laudis domesticæ non sinant, quæ te noctes diesque commoneant fortissimum tibi patrem — fuisse; Sest. 51. 109: in qua omnes honestates civitatis, omnes ætates — consentiunt. Neque negandum est idem valere de exemplis, quæ sequuntur: Sest. 51. 109: quem tyrannum atque ereptorem libertatis esse dicebat illa ruina reipublicæ; Dom. 10. 26: queritur etiam importuna pestis; Rep. V. 1. 1: mos ipse patrius præstantes viros adhibebat; Off. II. 4. 13; ND. II. 24. 62, aliis

[1]) Actio prima.

locis, quibus *vita communis* legitur. Sed plurimis locis non facile est dijudicare utrum subst. abstr. pro concreto usurpetur an subjectum personale subst. concreto circumscribatur, quam ob rem hanc distinctionem, quam retinere velle Seyffertus videtur, plane omisi. Neque vero divisionem illam Nägelsbachii, quæ supra a nobis est proposita, eadem de causa retinendam existimamus. Hæc tamen adjiciantur.

In primis ad hujusce generis exempla, in quibus personæ rebus circumscribuntur, referendi sunt ii loci, ubi *animus*, *mens*, *voluntas*, *vis* inveniuntur. Atque haud scio an subjecta, quæ his et similibus locis inveniuntur, addi possint: ætas Cat. M. 20. 76; virtus. Calp. 12. 27 (sæpius); animi magnitudo Acad. II. 1. 2; prudentia Quint. fr. 1. 1. 12; humanitas Fam. III. 2. 2. (sæpius); lenitas Cat. II. 12. 27; nequitia Att. I. 16. 7 (sæpius); auctoritas Post. Red. II. 3. 7 (sæpe); dignitas Verr. II. 16. 40; libido Verr. III. 23. 56; improbitas et furor Rab. 8. 22; facilitas De Or. III. 5. 19; vita Verr. V. 52. 137; consulatus Planc. 41. 98; error. Off. III. 8. 36; adventus Fam. XV. 2. 8; benignitas Rab. 5. 16; iracundia Tusc. IV. 24. 54; vox Mil. 35. 95; præsentia Fam. X. 18. 3; tribunatus Leg. III. 9. 20, quæ omnia exempla infra inveniuntur. Deinde vero quum res, quæ personæ vice funguntur, ut jam supra diximus, in ordinem redigi non possint, ita ut generibus expositis uno in conspectu omnia videamus, tamen hoc loco, priusquam ad singula transeamus, enumerentur nonnulla subst. abstr., quæ sæpissime cum verbis animi actionem significantibus conjuncta nobis occurrunt. Atque ex iis, ut ostendunt exempla, quæ infra afferuntur, sæpissime invenitur *ratio*, quæ cum omni genere verborum conjungitur (vult, petit, impetrat, postulat, vetat, imperat, cogit, putat, dubitat, dijudicat, cernit, pronuntiat, monet, demonstrat, vocat, docet. al.). Idem valet de vocabulo *rei*, quod iisdem fere verbis et sim. adjungi solet. Non tam late patet usus vocis, quæ est *causa*, quamquam his, si ipsum usum respicimus, proxime accedere videtur. Sequitur *virtus*, quæ ex vocibus, quæ animi virtutes et vitia significant, sæpissime invenitur (requirit desiderat, postulat, expostulat, gubernat, servit, cogit, putat assentitur, judicat, respuit, aspernatur, contemnit, novit, agnovit, dicit, loquitur, clamat, hortatur, lætatur, amat, al.). Hujusce generis voces, quæ eodem fere modo usurpantur, etsi non tam sæpe inveniuntur, sunt *dignitas*, *fides*, *magnitudo* (animi), *voluptas*, *libido*. Permultis quoque locis vox, quæ est *lex*, cum hisce verbis conjuncta nobis occurrit (vult, jubet, vetat, cogit, decernit, sancit, dicit, loquitur, nominat, monet, significat, docet), quacum potest comparari *consue-*

tudo, quæ non raro invenitur. Neque minus frequenter legitur *oratio*, quæ persæpe cum verbis dicendi conjungitur (vult, desiderat, repetit, implorat et flagitat, morigeratur, putat, confidit, consentit, judicat, comprobat, repudiat, disputat, attingit, commendat, consolatur, declarat, demonstrat, ostendit, indicat, explicat, docet, præcipit, præscribit al.), quo in usu *vocabula artium* cum ea consentiunt. Ex vocabulis, quæ artes et litteras designant, sæpissime reperiuntur *philosophia* (vult, cupit, quærit, sensit, aspernatur, dicit, loquitur, pollicetur, profitetur, docet, erudit), *sapientia* (jubet, patitur, dubitat, censet, annuit, ignorat, intuetur, loquitur, consolatur, docet, præcipit, al.), *eloquentia, ars.* Alia substantiva abstracta, quæ sæpius nobis occurrunt, sunt *ætas, mos, religio, spes, tempus, vita.* Restant *patria* et *respublica*, quas voces eodem fere modo atque civitatem viventes et agentes Cicero facit. His igitur expositis, quæ erant præmonenda, aggrediamur ad singula subjecta rei tractanda, quæ conjunguntur cum verbis voluntatis, existimandi, cognoscendi, dicendi, affectuum, capiendi, dandi, ducendi, eundi, faciendi, pugnandi et quæ variæ sunt significationis.

I.

Verba voluntatis.

Hoc genus efficiunt *verba voluntatis* (proprio sensu), *cupiendi, petendi, postulandi, jubendi, patiendi, cogendi*, quæ omnia huc pertinere videntur.

1. Ut igitur a verbis *velle, malle, nolle* ordiamur, hæc fere vocabula cum iis conjuncta inveniuntur: accessio, argumentatio avaritia, benefactum, cogitatio, comitatus, cultura, disciplina, exceptio, fama, gloria, inductio, justitia, lex, magnitudo (animi), malitia, mos, obtestatio, oratio, patria, philosophia, prex, ratio, respublica, similitudo, verbum.

Velle: Or. 13. 46: *argumentatio* — prius sumit, quæ vult; — Tusc. II. 26. 64: omnia enim *benefacta* in luce collocari volunt; — Mil. 29. 79: liberæ sunt enim nostræ *cogitationes* et quæ volunt, sic intuentur . . .; — Mil. 4. 10: quid *comitatus* nostri, quid gladii volunt; — Fin. IV. 14. 38: si igitur illa *cultura* vitium in vite insit ipsa, cetera, credo, velit . . .; — Off. I. 2. 6: si sibi consentaneæ esse velint *(disciplinæ)*; — Tusc. III. 2. 4: illa autem, quæ se ejus imitatricem esse vult — *fama* popularis; — Rep. VI. 20. 22: cernis profecto quantis in angustiis vestra se *gloria* dilatari velit; — Top.

10. 42: hæc ex pluribus perveniens, quo vult, appellatur *inductio;* — Off. II. 9. 34: quam ob rem intellegentiæ *justitia* conjuncta, quantum volet, habebit ad faciendam fidem virium; cfr. Off. II. 11. 38; — Inv. II. 47. 138: nullam esse *legem*, quæ aliquam rem inutilem aut iniquam fieri velit; — Flacc. 9. 21: ne corrumpi tabulæ facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit; cfr. Rab. 5. 15; Cæcil. 6. 21; Cluent. 54. 148; Off. III. 5. 23; Leg. I. 6. 19; — Off. III. 17. 71: *malitia*, quæ vult illa quidem videri se esse prudentiam; — Fam. XIII. 10. 1: qui *(mos)* — hanc quæsturæ conjunctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse; — Dom. 48. 125: quid ergo illa tua tum *obtestatio* tibicinis? quid *preces?* quid *verba* prisca voluerunt; — Sest. 13. 31: vereor ne quis forte vestrum miretur, quid hæc mea *oratio* tam longa aut tam alte repetita velit, — Sulla, 3. 8: crudelem (me) nec *patria* nec natura esse voluit; — De Or. III. 17. 63; in hortulis quiescet suis, ubi vult *(philosophia);* — De Or. II. 15. 63: rerum *ratio* ordinem temporum desiderat, vult etiam — de consiliis significari quid scriptor probet; — Off. I. 45. 159: (hæc) — ne *respublica* quidem pro se suscipi volet; — Rep. I. 33. 50: iis nominibus, quibus illæ (respublicæ) sese appellari velint; — Top. 10. 42: sunt enim *similitudines*, quæ ex pluribus collationibus perveniunt, quo volunt.

Loquendi formula *sibi velle* hisce locis invenitur, Verr. 50. 118: quid vero istæ sibi quinquagesimæ, quid porro nummorum *accessiones* volunt; — Cat. M. 18. 66: *avaritia* vero senilis quid sibi velit, non intellego; — Rep. III. (fragm.): quid ergo illa sibi vult absurda *exceptio;* — Leg. III. 15. 33: nec satis intellexi quid sibi *lex* aut quid *verba* ista vellent. *Malle;* Off. I. 19. 65: vera autem et sapiens animi *magnitudo* — principem se esse mavult quam videri. *Nolle:* Fam. IX. 6. 5: cum opera nostra *patria* sive non possit uti sive nolit; — Fam. I. 9. 12: vehementer etiam *res* ipsa *publica* me movit, quæ mihi videbatur contentionem — cum illis viris nolle fieri.

2. Verba *cupiendi*, *petendi*, *postulandi.*

a. Primum igitur verba *cupiendi* proponam,

α. ex quibus *cupere*, *concupiscere*, *quærere*, *acquirere anquirere*, *conquirere*, *requirere* adduntur substantivis abstractis, quæ sunt ætas, ars, auctoritas, causa, contentio, cupiditas, expositio, genus (orationis), honor, iteratio, pars (disciplinæ), philosophia, prudentia, res, respublica, stultitia, virtus, usus.

Cupere: De Or. III. 17. 63: non enim repelletur (philosophia) inde quo aggredi cupiet. *Concupiscere*: Fin. I. 16. 53: nihil enim desiderabile concupiscunt (cupiditates); — Tusc. V. 18. 54. adepta

est, quod concupivit (stultitia). *Quærere* et quæ ex eo composita sunt verba, quæ omnia, quamquam variæ sunt significationis, eodem loco afferantur: Fin. V. 4. 11: cum autem tertia pars (disciplinæ) bene vivendi præcepta quæreret; — Tusc. V. 4. 10: coëgit de vita et moribus rebusque bonis et malis quærere (= quæstionem instituere) philosophiam; — De Or. II. 12. 50: sed ex artificio res istæ præcepta non quærunt. *Acquirere:* Fin. IV. 7. 16: quod desit, acquirit (ars vivendi). *Conquirere:* Off. III. 33. 117: nam ubi primum prudentiæ locus dabitur? An ut conquirat undique suavitates. *Requirere;* Cat. M. 20. 76: num ea constans jam ætas requirit, quæ media dicitur; — Verr. V. 49. 129: quorum utrumque ætas laborem et industriam meam, fidem et misericordiam vestram requirebat; — Brut. 95. 327: cum jam honores et illa senior auctoritas gravius quiddam requireret; — De Or. III. 55. 211: nam et causæ capitis alium quendam verborum sonum requirerent; — Or. 63. 212: cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem; — De Or. II. 53. 214: illud autem genus orationis non cognitionem judicis, sed magis perturbationem requirit; — Or. 25. 85: quæ verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent; — Fin. V. 9. 26: vivere ex hominінis natura — nihil requirente; — Sulla, 9. 26: si neque amici in foro requirunt studium meum neque respublica in curia; — Calp. 12. 27: cum experrecta tandem virtus clarissimi viri — suum pristinum morem requisivit; Fin. I. 18. 61: virtutem — nullam requirere voluptatem; — ND. II. 15. 41: hic noster ignis, quem usus vitæ requirit.

β. desiderare. Hoc verbum, si primariam ejus vim ac potestatem respicimus, supra allatis proximum est; quam ob rem, quamquam hæc cupiditatis significatio plerumque in egestatis vel inopiæ notionem transire videtur, idem in hunc locum recipere non dubitamus. Cui quum maxima substantivorum copia adjungatur plurimaque litterarum ordine descripta infra inveniantur, necessarium non esse videtur ea enumerare:

Cæl. 3. 6: *accusatio* crimen desiderat, rem ut definiat; — Top. 4. 23: valeat *æquitas*, quæ paribus in causis paria jura desiderat; — De Or. II. 18. 74: neque enim ætas id mea desiderat; — Phil. VII. 5. 14: si quidem *auctoritas* senatus decus, honestatem, laudem dignitatemque desiderat; — De Or. III. 36. 147: quæ tum denique cum *causa* aliqua, quæ a me dicenda est, desiderat, quæro (sæpius); — Brut. 92. 317; acrem enim oratorem, incensum et agentem et canorum *concursus* hominum forique *strepitus* desiderat; — De Or. III. 55. 211: et aliud dicendi genus *deliberationes*, aliud *laudationes*, aliud

sermones, aliud *consolatio*, aliud *objurgatio*, aliud *disputatio*, aliud *historia* desiderat; — De Or. III. 43. 171: sequitur *continuatio* verborum, quæ duas res maxime — desiderat; — De Or. II. 82. 334: *contio* — gravitatem varietatemque desiderat; — Rab. 3. 9: quæ *(crimina)* patroni diligentiam desiderant; — Fin. I. 13. 46: ne naturales quidem sc. *cupiditates* multa desiderant; — Verr. IV. 30. 68: Capitolium sic ornare, ut templi *dignitas* imperiique nostri nomen desiderat; — Sulla, 29. 82: quorum tacita *gravitas* et *fides* — neque cujusquam ornamenta orationis desiderat; — Tusc. IV. 23. 52: non non igitur desiderat *fortitudo* advocatam iracundiam; — De Off. II. 11. 39: ac mea quidem sententia omnis *ratio* atque *institutio* vitæ adjumenta hominum desiderat; — Brut. I. 27. 106: *judicia* populi jam magis patronum desiderabant; — ND. II. 17. 45: cujus opinionis *levitas* — non desiderat orationem meam; — De Or. II. 20. 86: aliud enim *pugna* et acies, aliud *ludus* campusque noster desiderat; — Acad. Prior. II. 1. 2: sed incredibilis quædam ingenii *magnitudo* non desideravit indocilem usus disciplinam; cfr. Off. I. 18. 60; — Phil. IX. 6. 14: nam si *mors* legati sine cæde atque ferro nullum honorem desiderat; — Or. 62. 210. exponenda *narratio*, quæ plus dignitatis desiderat quam doloris; — Fin. V. 9. 25: quod cujusque natura desiderat (sæpius); — De Or. II. 29. 129: harum trium *partium* (orationis) prima lenitatem orationis, secunda acumen, tertia vim desiderat; cfr. Pet. Cons. 11. 41; — Mur. 18. 37: quod *petitio* præturæ desiderabat; — Quint. fr. I. 1. 12: neque enim *prudentia* tua cujusquam præcepta desiderat; — De Or. II. 32. 141: universi generis *quæstio* non hominum nomina, sed rationem dicendi — desiderat: — De Or. II. 15. 63: rerum *ratio* ordinem temporum desiderat; — De Or. III. 22. 84: neque enim apud homines *res* est ulla difficilior neque major neque quæ plura adjumenta doctrinæ desiderat; cfr. Att. I. 19. 7: ibid. XIV. 4. 2: Brut. I. 14. 2; Agr. I. 9. 27: perficiam profecto id, quod maxime *respublica* desiderat; sim. ex. Mur. 3. 6; Dom. 2. 4; Sest. 25. 55; Phil. XII. 12. 30; Fam. XII. 1. 2; Brut. I. 10. 1; — ND. I. 5. 11: non enim hominum interitu *sententiæ* quoque occidunt, sed lucem auctoris fortasse desiderant i. q. carent; — Brut. I. 93. 319: omnis hic *sermo* noster non solum enumerationem oratorum, verum etiam præcepta quædam desiderat; — Arch. 11. 28: nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat; cfr. Phil. V. 13. 35; Rep. VI. 8. 8; — Tusc. V. 25. 72: quid hæc tandem *vita* desiderat, quo sit beatior; — Tusc. IV. 6. 12: *voluntas* est, quæ quid cum ratione desiderat; — Leg. I. 5. 15: quæramus isdem de rebus uberius quam forensis *usus* desiderat.

γ. exspectare huc quoque referendum videtur, quum cupiendi significatio etsi obscurata in eodem insit. Hæc afferuntur vocabula; animus, humanitas, lenitas, patria, vita:

Her. III. 10. 18: statim re narrata exspectat *animus* auditoris, ex qua re causa confirmari possit; cfr. Or. 53. 178; — Fam. III. 2. 2: si tua *humanitas* longiorem orationem exspectaret; — Cat. II. 12. 27: mea *lenitas*, si cui adhuc solutior visa est, hoc exspectavit; — Rep. I. 4. 8: neque enim hac nos *patria* lege genuit aut educavit, ut nulla quasi alimenta exspectaret a nobis; — Fin. II. 27. 87: nam cum semel suscepta est beata *vita* permanet — neque exspectat ultimum tempus ætatis.

Ann. Ejusmodi videtur esse hoc exemplum: Tusc. V. 5. 12: hæc etiam in eculeum cojiciuntur, quo vita non adspirat beata.

b. Deinde verba *petendi* afferantur, ex quibus.

α. petere, appetere, expetere, repetere cum his fere substantivis conjunguntur: justitia, libido, natura, nequitia, oratio, res, scientia, tempus, victoria.

Petere: Att. I. 16. 7: fore ut aperte victrix *nequitia* ac *libido* poenas ab optimo quoque peteret sui doloris; — Mur. 39. 83: petunt enim *rationes* illius, ut orbetur auxilio respublica; — De Or. III. 31. 123: ex eis tantum, quantum *res* petet hauriemus; Or. 40. 139; Opt. gen. Or. 3. 7 aliisque locis; — Or. 41. 141: quæ quidem ipsa (juris *scientia*) auxilium ab eloquentia sæpe peteret; — Inv. II. 58. 176: quid tempora petant. *Appetere:* Tusc. I. 17. 40: sive ipsa *natura* superiora appetente; — Verr. IV. 54 121: in hac partitione ornatus non plus *victoria* Marcelli populo Romano appetivit quam... *Expetere:* Fin. V. 23. 66: *justitia*, ut ipsa se fundet in ceteras virtutes, sic illas expetet; — Leg. I. 18. 48: ergo item *justitia* nihil expetit præmii, nihil pretii; Tusc. II. 20. 46: nihil enim habet præstantius, nihil quod magis expetat quam honestatem (hominis *natura*). *Repetere:* Resp. II. 1. 3: nunc mea repetet *oratio* populi Romani originem.

β. implorare, supplicare deprecari, impetrare. Perpauca subst. abstracta cum his verbis conjuncta inveniuntur. Hæc fere sunt: antiquitas, auctoritas, causa, dies, oratio, pars (orationis), patria, ratio, res, respublica, virtus.

Implorare: Rab. 3. 9: quæ *(pars orationis)* non oratoris ingenium, sed consulis auxilium implorat et flagitat; — Flacc. 1. 3: si umquam *respublica* consilium, gravitatem, sapientiam judicum imploravit; cfr. Dom. 5. 12; ibid. 10. 26; — Post. Red. I. 15. 39. *Supplicare:* Font. 18. 41: cum tot *res* sint quæ vestris animis pro hujus

2

innocentis salute supplicent; primum generis *antiquitas* — tum autem continuæ *præturæ*. *Deprecari:* Post. Red. II. 3. 7: at me nudum a propinquis — C. Pisonis, generi mei, divina quædam et inaudita *auctoritas* atque *virtus* — deprecatæ sunt; — Cluent. 30. 81: qua re invidia remota, quam dies mitigavit, *oratio* mea deprecata est. *Impetrare:* Sulla, 33. 93: hoc a vobis impetrare *causa* ipsa debet; — Att. XII. 10: impetret *ratio,* quod *dies* impetratura est; — Cat. I. 8. 19: hæc si tecum, ut dixi, *patria* loquatur, nonne impetrare debeat; — Fam. XIII. 37: ab æquitate tua *res* ipsa impetrare debet, ut ei subvenias; — Fam. IV. 13. 5: *respublica* — de te prope diem impetrabit.

Ann. Cum his ex. conferendum est Cat. IV. 9. 18: obsessa facibus et telis impiæ conjurationis vobis supplex manus tendit patria.

c. Tum verba *postulandi* tractabimus ac primum quidem.

α. postulare, quod persæpe subst. abstr. additum usurpatur, quæ enumerare non est necesse. Sæpissime invenuntur causa, dignitas, fides, res, tempus:

Fin. IV. 10. 25: ut prima *adpetitio* naturalis postulat; — Sest. 55. 119: scio quid gravitas vestra, quid hæc *advocatio,* quid ille conventus, quid dignitas P. Sestii, quid periculi magnitudo, quid ætas, quid honos meus postulet; — Font. 7. 15: statuite nunc quid vestra *æquitas*, quid populi Romani dignitas postulet; — Cæl. 3. 7: neque *ætas* illa postulabat; Dejot. I. 1; — Fam. V. 7. 3: sicut mea natura et nostra *amicitia* postulat; cfr. Fam. II. 16. 7; Att. XI. 12. 2; — Sulla, 33. 93: quantum meus in vos *amor* postulat; cfr. Att. X. 4. 6; — Fam. XIII. 28. 2: quæ tua fides, *amplitudo*, justitia postulat; cfr. Fam. XV. 13. 2; Cat. IV. 5. 9; Her. III. 9. 17; nisi causa postulet; similia exempla pæne innumerabilia inveniuntur; — — Phil. V. 7. 19: locutus sum de republica minus equidem libere quam mea *consuetudo* liberius quam periculi minæ postulant; cfr. Fam. VI. 5. 4; — Inv. II. 23. 71: si causæ *dignitas* videbitur postulare; (sæpissime); — Har. Resp. 2. 4: quantum vester atque omnium bonorum *dolor* postulavit; — Tusc. V. 33. 94: si aut valetudo aut officium aut *fama* postulet; — Cluent. 24. 67: fautore uteretur cupidiore quam *fides* judicis postulabat; (sæpissime); — Sulla, 23. 64: longius quam *finis* cotidiani officii postulabat. — Inv. I. 18. 26: quam causæ *genus* postulat; — Quint. fr. I. 2. 1: illum plus apud te posse quam *gravitas* istius ætatis, imperii prudentia postularet; Fam. III. 7: quam *honos* meus et dignitas postulat; cfr. Sest. 55. 119; Fam. XV. 13. 2; — Verr. V. 43. 111: ut vestra *humanitas* postulat; Dom. 37. 98; Fam. X. 1. 4; Att. XI. 12. 2; — Phil. VIII. 1: quam (rem)

postulabat *institutum* consulatus tui; — Part. Or. 36. 128: si modo rerum magnitudo hominumve aut *invidia* aut dignitas postulabit; — Her. IV. 15. 22: cum rei *magnitudo* postulare videbitur; (sæpius); — Phil. V. 9. 25: cogitant, quid populi Romani *majestas*, quid senatus severitas postulet? — Cat. II. 2. 3: id a me et *mos* majorum et hujus imperii severitas et respublica postulabat; cfr. Her. I. 9. 16; — Or. 36. 125: ut causæ *natura* et ratio temporis postulabit (persæpe); — De Or. I. 62. 264: quod causarum *necessitas* postularet; Off. I. 23. 81; — Planc. 11. 27: ut et contubernii *necessitudo* et adulescentis modestissimi pudor postulabat; cfr. Fam. XII. 22. 4; — Rab. 3. 8: latius quam ipsius vicinitatis *nomen* ac termini postulabant; — Mur. 31. 65: cum *officium* et fides postulabit; cfr. Tusc. V. 33. 94; Fam. VI. 5. 4; — Her. I. 9. 16: ut mos, ut *opinio*, ut natura postulat; — Inv. I. 23. 33: ut *ordo* ipse postulat; cfr. Fam. III. 12. 1; — De Or. III. 24. 91: quarum altera (*pars* orationis) dici postulat ornate; cfr. Verr. 3. 7: plus etiam *pars* virilis postulat; — Fam. XIV. 11: *pietas* ac dignitas postulabat; — Fam. V. 14. 2: quas elevare tua te *prudentia* postulat; Quint. fr. I. 2. 1; — Fam. XIII. 58: sicut tua fides ac meus *pudor* postulat; cfr. Planc. 11. 27; Inv. I. 35. 61: diutius quam *ratio* præcipiendi postulat; (sæpissime); — Her. II. 24. 37: minus idoneam, quam *res* postulat; similia ex. innumerabilia; — Off. I. 24. 84: ne republica quidem postulante; cfr. Cat. II. 2. 3; Fam. XV. 2; Planc. 23. 56: non quo mihi fas sit quicquam defugere, quod *salus* Plancii postulet; cfr. Sex. Rosc. 30. 84; — Cæl. 13. 32: si matrem familias secus quam matronarum *sanctitas* postulat, nominamus; — Att. VIII. 2. 1: id enim illa *sententia* postulabat; Quint. fr. I. 3. 6: diutius quam aut tuum tempus aut firma *spes* postulabit; — Her. IV. 7: nunc *tempus* postulat; (sæpissime); — Dejot. I. 1: vehementius quam videtur vel *usus* vel ætas mea postulare; — Her. I. 10. 16: minus industrie quam rei *utilitas* postulabat; — Cæc. 19. 55: *verbum* certe hoc non modo postulat, sed etiam cogit; — Or. 47. 158: ut *veritas* postulabat; cfr. Verr. V. 67. 172; — Fam. VI. 5. 4: id enim et *vetustas* nostri amoris et mea consuetudo — postulant; — Inv. II. 57. 170: ut *vis* postulat; Fin. V. 5. 12.

Ann. Subjicimus huic loco *expostulare*, quod eadem significtione ac queri, duobus locis invenitur: Verr. III. 89. 207: regna denique de nostris cupiditatibus et injuriis expostulant; — Tusc. V. 5. 14: virtutes autem noli vereri ne expostulent et querantur se a beata vita esse relictas.

β. poscere, reposcere, flagitare cum paucis tantum subst. abstr. conjunguntur. Hæc fere sunt: altitudo, ars, causa, concursatio, dignitas, gravitas, necessitas, pars (orationis), salus, res, respublica, studium, tempus, vita, utilitas.

Poscere: Quinct. 7. 28: ut ipsius *dignitas* poscit; — Att. II. 25. 2: valde desidero, neque ego magis quem *res ipsa* et tempus poscit; — Att. XI. 143: poscit enim *res* (ex emendatione Grævii); — Flacc. 39. 98: in rebus judicandis quid *utilitas* civitatis, quid communis *salus*, quid reipublicæ *tempora* poscerent, cogitaverunt; — Planc. 33. 79: examinabo — quid a me cujusque tempus poscat. *Reposcere:* Verr. III. 51. 120: *respublica* — hunc tot patrum familias numerum desiderat et reposcit. *Flagitare:* Fam. IV. 13. 4: quid *gravitas*, quid *altitudo* animi, quid acta tua *vita*, quid *studia*, quid *artes* — a te flagitent, tu videbis; — Quinct. 3. 13: et tametsi *causa* postulat, tamen quia postulat, non flagitat, præteribo; cfr. Sulla, 12. 35: ipsa causa hanc a me orationem flagitavisset; — Dom. 6. 14: quid? puerorm illa *concursatio* noctura? non a te ipso instituta me frumentum flagitabat?

3. Verba *jubendi, imperandi,* ex quibus.

a. jubere, vetare sæpissime cum voce, quæ est *lex,* conjuncta leguntur; nonnulla exempla afferantur: Her. I. 11. 20: ex contrariis legibus controversia constat, cum alia lex jubet aut permittit, alia vetat quidpiam fieri; Her. II. 10. 15: utrum leges ita dissentiant, ut altera jubeat, altera vetet an ita ut altera cogat altera permittat; cfr. præterea Inv. II. 31. 97; ibid. II. 42. 124; 125; II. 49. 145; 146; Top. 2. 10; Verr. II. 15. 37; ibid. 41. 101; III. 75. 173; V. 18. 45; Cæc. 19. 54; Cluent. 54. 148; Agr. II. 27. 72; Dom. 49. 127; 50. 128; Sest. 64. 138; Vat. 15. 37; Cæl. 1. 1.

Cetera subst. abstr. quæ his verbis adjunguntur, hæc fere sunt: ars, assiduitas, casus, edictum, exemplum, fortitudo, honos, mos, poena, probitas, ratio, sapientia, similitudo, versus, virtus, vita: *Jubere:* Her. IV. 2. 3: quæ *ars* jubeat; — Quinct. 27. 84: redeamus ad *edictum*, id quidem quem ad modum jubet possidere; — Phil. XIII. 3. 6: *fortitudo* dimicare jubet; Agr. II. 28. 77: quam me vester *honos* vigilare dies atque noctes — jubet; — Leg. I. 6. 18: lex est *ratio* summa — quæ jubet ea, quæ facienda sunt prohibetque contraria; — — Rep. III. 15. 24: *sapientia* jubet augere opes. *Vetare:* Att. XII. 33: et pædagogi *probitas* et medici *assiduitas* et tota domus in omni genere diligens me rursus id suspicari vetat; — Fam. V. 13. 3: *casus* enim gladiatorii *similitudinesque* eæ, tum *rationes* in ea disputatione a te collectæ vetabant me reipublicæ penitus diffidere; — Calp. 21.

50: *mos* majorum et *exempla* et gravissimæ legum *poenæ* vetarent; — Tusc. III. 15. 33: vetat igitur *ratio* intueri molestias; — Or. 43. 147: pervagatissimus ille *versus*, qui vetat; — Divinat. 37. 79: *virtutis* auspiciis video esse usum Deiotarum, quæ vetat spectare fortunam; — Fam. VI. 4: acta jam *vita* vetat in ea vim timere.

Ann. 1. Pertinet huc *intercedere* i. q. vetare: Quint. 20. 65: videturne intercessisse appellatio tribunorum; — Verr. II. 16. 40: cum imperatoris populi Romani auctoritas, legatorum decem summorum hominum dignitas senatus consultum intercederet; cfr. Fam. I. 2. 4; ib. XV. 2. 4; — Verr. III. 46. 111: si tua iniquitas, si tui ex cohorte recuperatores non intercederent.

Ann. 2. Si ejusmodi respicimus exempla, quæ sunt Leg. I. 6. 18, Her. IV. 24. 33: leges, quæ id facere prohibent, hæc iis, quæ modo allatæ sunt, locutionibus cognata atque finitima esse videntur. Quam ob rem nonnullos locos, in quibus verba *impediendi* nobis occurrunt, hoc loco liceat enumerare, quamquam in iis voluntatis notio inesse vix dici potest. *Impedire:* Cat. M. 17. 60 ætas; Verr. IV. 37. 81 amicitia; Fat. 1. 1 casus; Off. II. 20. 71 divitiæ; Fin. I. 12 40 dolor; Fam, VII. 5. 1 dubitatio; Pomp. 19. 58 edictum; Quinct. 1. 1 eloquentia; Sex. Rosc. 2. 5 formido; Mur. 3. 5 latio legis; Att. III. 22. 1 occupatio; Fam. X. 11. 3 offensio. De Or. I. 35. 163 pudor; Flacc. 4. 10 religio; Tusc. I. 20. 27 res; Tusc. V. 13. 38 vis. *Prohibere:* Sex. Rosc. 32. 90: quem non modo ætas, sed etiam leges pugnare prohibebant; Fam. XII. 5. 1 hiems; Pomp. 1. 1 voluntas.

Ann. 3. Referendum huc videtur *deterrere,* quod verbo vetandi proxime accedit; cfr. Rep. III. 22. 33: quæ (ratio) vocet ad officium jubendo, vetando a fraude derreat. Proferantur loci: Or. 1. 5 amplitudo Platonis; Verr. I. 61. 157 auctoritas; Agr. II. 34. 92 omina illa atque auspicia; Tusc. IV. 36. 76 cogitatio; Dom. 39. 103: dedicatio: Phil. XIII. 9. 20 dignitas; Dom. 2. 4 gravitas — jus, vetustas; Cæl. 19. 46 labor; Planc. 27. 66: neminem a congressu meo neque janitor meus neque somnus *absterruit.*

b. Deinde verba *imperandi*, quæ sunt *imperare*, *regere*, *gubernare*, *dominari*, his fere vocabulis adduntur: casus, consilium, conversio, dolor, libido, patria, potentia, oratio, ratio, sapientia, virtus, vis. *Imperare:* Tusc. II. 24. 59: imperantem enim patriam; — ib. 21. 47: hæc (ratio) ut imperet illi parti animi, quæ obœdire debet, videndum est; cfr. ib. 22. 51. *Regere:* Tusc. I. 25, 63: ut dissimillimos motus una regeret conversio; — De Or. III. 20. 76: illa autem vis eloquentiæ tanta est, ut — rempublicam regat. *Gubernare:* Sulla, 28. 78: tormenta gubernat dolor; — Fam. II. 17. 1: iter meum

respublica et rerum urbanarum ratio gubernabit; — Rep. III. 35. 47: sapientia est, quæ gubernat rempublicam; — Rep. I. 34. 52; virtute vero gubernante; cfr. Häggström: De aliquot trans. Cic. gen. p. 17. Hæc adjungantur verba intransitiva: *Dominari:* Fam. IV. 12. 1: quonjam casus et natura in nobis dominatur; — Rep. I. 38. 60: consilio autem dominante; — Or. 65. 219: ubi libido dominatur; Cæc. 25. 71: nimia ista, quæ dominatur in civitate potentia; cfr. præt. De Or. I. 8. 30; III. 56. 213; Or. 24. 80; Cluent. 2. 5. *Regnare:* Or. 37. 128: in quo una regnat oratio.

Ann. Huc pertinent, quæ his contraria sunt verba, *oboedire, obtemperare, morigerari, servire.* Hæc in annotatione collocavi, quum et intransitiva sint et notio actionis in iis non satis eluceat. *Parere:* Tusc. IV. 9. 22: temperantia sedat appetitiones et efficit, ut eæ rectæ rationi pareant; — Off. I. 29. 102: relinquunt enim et abjiciunt oboedientiam nec rationi parent (appetitus); — Fam. XIII. 29. 2: et opera et auctoritas et gratia, etiam res familiaris C. Capitonis præsto fuit et paruit et temporibus et fortunæ meæ; — Tusc. I. 10. 20: duas partes (animi) ei parere voluit; — De Or. II. 40. 167: cujus tribunatus voluntati paruit civitatis. *Oboedire:* Off. I. 29. 103: efficiendum autem est, ut appetitus rationi oboediant; — Fin. II. 19. 60: temperantia — est moderatio cupiditatum rationi oboediens; — Tusc. II. 21. 47: quæ (pars animi) oboedire debet. *Morigerari:* Or. 48. 159: voluptati aurium morigerari debet oratio. *Servire:* Rep. I. 4. 8: tantum nostris ipsa commodis serviens (patria); Fam. XV. 18. 1: pudet enim servire (philosophiam); — Cæc. 18. 52: verba servire hominum consiliis; — De Or. I. 52. 226: potestne virtus servire istis auctoribus; Sest. 1. 2: eis potissimum hæc vox serviat; Sulla, 9. 26: si ille labor meus pristinus, si sollicitudo, si officia, si opera, si vigiliæ *deserviunt* amicis.

4. Sequuntur verba *patiendi,* quæ sunt *pati, sinere, concedere, permittere.*

Ac primum quidem eos, in quibus.

a. pati subst. abstr. additum reperitur, locos proferamus, qui sunt: Off. II. 5. 8: tanta poena afficiamus, quantam *æquitas* humanitasque patitur; — Fam. X. 4. 2: quod mea tuaque patitur *ætas;* cfr. ibid. V. 13. 5; — Læl. 7. 23: nec debilitari animos aut cadere patitur sc. *amicitia;* cfr. ibid. 23. 87; — Fam. VI. 14. 1: singularis pietas *amorque* fraternus nullum me patitur officii erga te studiique munus aut tempus prætermittere; — Part. Or. 16. 55: si *causa* patitur; cfr. Q. Rosc. 16. 48; — Brut. I. 31. 120: latior, quam patitur *consuetudo* judiciorum; cfr. Off. II. 14. 51; Att. XII. 41. 3; —

Fam. XIII. 32. 2.: quantum *fides dignitasque* patietur; cfr. ibid. 37; 53; 61; Ep. ad Brut. II. 2. 3; — Fam. XIII. 54: quoad *fides* tua patietur; cfr. ibid. 72. 2; Post. 8. 19; — Mil. 32. 87; mihi jam *fortuna* populi Romani et crudelis videbatur, quæ tot annos illum in hanc rempublicam insultare pateretur; — Fam. X. 5. 3 patitur summa *humanitas* et sapientia; — Agr. II. 28. 75: majores opes: quam *libertas* vestra pati potest; — De Or. III. 9. 36: quod utriusque *natura* pateretur; (sæpius); — De Or. II. 1. 3: quantum illius ineuntis ætatis meæ patiebatur *pudor;* cfr. Cæl. 3. 7; — Off. I. 14. 44: benigniores volunt esse quam *res* patitur; (sæpius); — Fam. IV. 7 neque is, qui tenet rempublicam, patietur neque ipsa *respublica;* — De Or. III. 44. 174: quoad orationis *severitas* pati posset; — Fam. XII. 13. 2: ingenium diutina *servitus* — minus tamen, quam erat, passa est videri; — Fin. III. 17. 36: aderit *temperantia* — quæ turpiter et nequiter facere nihil patietur; — Fam. V. 13. 5: quantum patietur — *valetudo;* — Her. IV. 53. 67: plus est dictum quam patitur *veritas;* — Tusc. II. 13. 31: ea *(virtus)* patieturne te quicquam facere nihil proficientem; — Tusc. V. 5. 13: nec eas beata *vita* a se desertas passura videatur; cfr. Verr. I. 12. 33.

b. Huic verbo proximum est *sinere*, cujus hæc afferantur exempla: Verr. I. 3. 7: religiones vero *cærimoniæque* — consistere ejus animum sine furore atque amentia non sinunt; — Verr. III. 68. 159: *consuetudo* tamen eum et *disciplina* degenerare non sineret; — Her. IV. 54. 67: sinit *(exornatio)* enim quiddam — auditorem suspicari; — Fin. I. 16. 53: numquam sinit eum respirare sc. *improbitas;* — Paradox. II. 18: quæ *(injuriæ)* suspirare libere non sinunt; — Tusc. III. 17. 36: ne *justitia* quidem sinet te ista facere; — Har. Resp. 22. 46: non sinit eadem ista *labes;* — Verr. I. 44. 114: *leges* sinunt; — Verr. IV. 47. 105: rei *magnitudo* me breviter perstringere atrocitatem criminis non sinit; — Tusc. V. 35. 102: ubi *paupertas* beatos esse non sinit; — Tusc. II. 13. 31: an *temperantia* sinet te immoderate facere quicquam; cfr. Tusc. V. 14; — Her. IV. 54. 68: *tempus* non sinit; — Or. 43. 147; me — ille *versus* dissimulare non sinit.

c. Tum verbis, quæ sunt *concedere*, *permittere*, hæc fere vocabula subjiciuntur: ætas, causa, dolor, feriæ, lex, res, respublica, taciturnitas, veritas, voluptas: *Concedere* diversa significatione ponitur, cujus exempla omnia huc conferre liceat. De Or. III. 22. 85: quantum mihi puerilis *ætas*, forenses *feriæ* concesserint; — Fam. IV. 8. 2: quantum ei *res* et *causa* concedit; cfr. Quinct. 10. 35; Rab. 6. 18; — Phil. IX. 4. 9: non multum ejus perturbationi meus *dolor* concedebat; — Fam.

I. 9. 10; cum ipsa quasi *republica* collocutus sum, ut mihi tam multa pro se perpesso atque perfuncto concederet; cfr. Fam. IX. 6. 5; Ep. ad Brut. I. 4. 2; — (Q. Rosc. 5. 14: stipulatam (pecuniam) non esse *taciturnitas* testum concedit); — De Or. I. 17. 77: videamus ne plus ei tribuamus, quam *res* et ipsa *veritas* concedat; — Fin. III. 1 *voluptatem* — concessuram arbitror convictam superiore libro. *Permittere* cum vocabulo *legis* conjungitur Her. I. 11. 20; Inv. II. 49. 145; Tull. 20. 47; — Inv. I. 44. 82: si *res* vera aut veri similis permittet; — Post. Red. II. 9. 21: quantum mihi *respublica* permittit.

d. Neque alienum videtur hic quoque nonnulla enumerare exempla, in quibus *ferre* eandem significationem habere videtur atque ea, quæ supra allata sunt, verba et locutiones: Brut. I. 43. 160: senior, quam illa *ætas* ferebat, oratio; cfr. Verr. I. 12. 33; — Part. Or. 15. 54: graviora sunt, quam *causa* fert; De Or. III. 43. 170: si aut vetustum verbum sit, quod tamen *consuetudo* ferre possit; cfr. Cæc. 29, 85; Ep. ad Brut. I. 9. 1; — De Or. III. 14. 53: ut rerum, ut personarum *dignitates* ferunt; — Verr. III. 98. 228: etiamne hæc nova debent *edicta* — rapinas ferre; — Inv. II. 3. 8: quoad *facultas* tulit; — Verr. III. 23. 56: sed vitæ et sanguinis tantum relictum quantum Apronii *libido* tulit; — Verr. I. 15. 40: sicut *mos* majorum ferebat, cfr. Fragm. Tom. XII. p. 41: non possunt hi mores ferre hunc tam austerum et tam vehementem magistrum; Brut. 9. 36: ut *opinio* mea fert; sim. ex. sæpius; — Scaur. 10. 21: ut mea *ratio* et cogitatio fert; — Brut. 80. 227: quantum *res* ferebat; alia hujusce generis ex. sæpe; — Dom. 53. 137: id sperasti *rempublicam* diutius esse laturam; — Fam. I. 7. 6: in hac ratione quid causa, quid res, quid *tempus* ferat, tu facillime optimeque perspicies; cfr. Calp. 2. 5; — Phil. V. 18. 49: quam *virtus* liberi populi ferre non posset; — De Or. II. 3. 13: ut ipsorum *usus* ferebat; — Pomp. 24. 70: si vestra *voluntas* feret.

Ann. Ad hæc verba locutiones quasdam addere licet, in quibus *perferre, tolerare, sustinere* inveniuntur: Verr. I. 12. 33: dedecora, quæ res patris ejus, *ætas* ipsius pertulit; — Part. Or. 22. 77: *fortitudo*, quæ quod jam adest, tolerat et perfert; — Phil. XIII. 8. 17: si ejus *pueritia* pertulerat libididines eorum; — Dom. 38. 102: hanc vero labem turpitudinis — poterit populi Romani *dignitas* sustinere? (vide infra verba ferendi).

5. Ad ultimum inter verba voluntatis etiam *cogere* numerandum videtur, tametsi vis voluntatis, quæ huic verbo subest, non semper dilucide apparet. Ex uberrima copia exemplorum hæc liceat afferre: Prov. Cons. 9. 23: qui me *amor* et subvenire olim impendentibus

periculis — et rursum subire coëgit; (sæpius); — De Or. III. 61. 228: me temporis *angustiæ* coëgerunt; — Læl. 22. 84: cum eos gravis aliquis *casus* experiri cogit; — Verr. V. 42. 110: at *causa* cogit; (sæpius); — Att. XI. 5. 1; — Rab. 1. 2: ut id studiosissime facerem salus reipublicæ, consulare officium, *consulatus* — coëgit; — De Or. I. 26. 118: *controversiæ* sunt, quæ cogant homines . .; — Fam. VIII. 4. 3: quod comitiorum *dilationes* — exspectare in dies exitum cogebant; — ND. I. 6. 14: addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re *dissentio;* — Sulla, 12. 35: etiam si *dolor* me meus respondere non cogeret; (sæpius); — Mur. 5: 11: ut illos lex magis quædam accusatoria quam vera male dicendi *facultas* de vita L. Murenæ dicere aliquid cogit; — Cæl. 13. 32: nec longius progrediar quam me mea *fides* — coget; De Or. III. 3. 12: eadem *(fortuna)* esse te funerum patriæ spectatorem coëgisset; — Rab. 8. 24: virtus et *honestas* et pudor cum consulibus esse cogebat; — Sex. Rosc. 49. 143: quo me uti respublica — et istorum *injuria* coëgit; — Verr. IV. 45. 101: a quibus etiam oculos cohibere te religionum *jura* cogebant; cfr. Dom. 12. 31. — Her. II. 10. 15: altera *(lex)* cogat, altera permittat. Alia substantiva, quæ huic verbo adjunguntur, afferri possunt: res et periculi magnitudo Quinct. 30. 91; ratio juris et natura causæ Cæc. 4. 10; necessitas Phil. III. 11. 29 et sæpius; officium Fam. XI. 20. 1; pulchritudo mundi ordoque rerum Div. II. 72. 148; pietas Fam. I. 8. 2; religio Cluent. 58. 159; res Her. III. 10. 18 et sæpius; salus Dom. 12. 31; senectus Cat. M. 7. 23; suspitio Scaur. 14. 31; tempus Rep. I. 6. 10; timor Verr. I. 8. 23; verbum Cæc. 19. 55. Cfr. præt. Q. Rosc. 16. 48: ipsa mihi *veritas* manum injicit et paulisper consistere et commorari cogit; — Cæc. 16. 48: omnis enim *vis* est, quæ periculo — decedere nos aliunde cogit; — Ep. ad Brut. 10. 39: tua *virtus* eosdem homines et simulare tibi esse amicos et invidere cogit.

Ann. Addantur loci, in quibus *coërcere* cum subst. abstr. conjungitur: Phil. II. 4. 10: quem neque auctoritas hujus ordinis neque existimatio populi Romani neque leges ullæ possunt coërcere; — Off. III. 5. 23: eos morte, exitio vinclis, damo coërcent (leges); — [Cat. M. 15. 52: quem — coercet ars (agricolarum)].

II.

Verba existimandi.

Non sæpe hujusce generis verba cum subst. abstr. conjuncta apud Ciceronem nobis occurrunt præ iis, de quibus modo disputavimus. Neque id mirum; nam hæc verba angustiores habere videntur fines, ita ut iis tantum propria sint, qui rationis sunt participes, quum plurima verba voluntatis latius patent, ut ad omnia animantia proprio sensu possint referri, id quod liberiorem usum eorum, quum substantivis abstractis conjunta sunt, declarare videtur. Neque multa verba propter hanc notionem angustiorem, quæ in iis inest, in eorum numerum recipienda sunt.

1. Primum proponam verba, quæ sunt *arbitrari*, *putare*, quibus hæc vocabula subjiciuntur: auctoritas, consilium, felicitas, fortuna, lex, motus, oratio, ratio, respublica, vis, voluntas, vox. *Arbitrari:* vide proëmium p. 7. *Putare:* Mil. 30. 83: sed hujus beneficii gratiam fortuna p. R. et vestra *felicitas* — sibi deberi putant; Rep. IV. fragm.: jurgare igitur *lex* putat inter se vicinos, non litigare; Off. I. 4. 14: quam similitudinem natura *ratioque* ab oculis ad animum transferens — constantiam, ordinem in consiliis factisque conservanda putat; Timæus, 3: cum autem ingressa est imitata et efficta simulacra bene agi putat, si similitudinem veri consequatur *(oratio)*; Phil. XIII. 4. 9; cum illo se ipsam restitutam putabit *(respublica)*; Tusc. V. 18. 54: numquam se tamen satis consecutam *(stultitia)* putat; Off. III. 27. 99: harum enim *virtutum* proprium est — nihil, quod homini accidere possit, intolerandum putare; Cæc. 19. 56: ratio juris interdictique *vis* et patronum *voluntas* — *consilium* et *auctoritas* hanc defensionem pro nihilo putat.

Ann. Hic quoque annotanda sunt nonnulla exempla, in quibus *dubitare*, *confidere* leguntur: Acad. II. 9. 27: sapientiæ vero quid futurum est? quæ neque de se ipsa dubitare debet neque de suis decretis; — Tusc. I. 30. 73: itaque dubitans, circumspectans, hæsitans, multa adversa reverens tamquam in rate in mari immenso nostra vehitur ratio; — Acad. II. 8. 24: cum vero dubitabit, quid sit extremum et ultimum bonorum sc. sapientia? — Divin. I. 39. 86: hac de re communis vita dubitavit. *Confidere:* Fin. I. 16. 50: numquam tamen id confidet fore semper occultum sc. improbitas; Cluent. 1: quarum altera (pars orationis) mihi niti et magno opere confidere videbatur invidia; cfr. Ep. ad Brut. I. 16. 6.

2. Paulo sæpius inveniuntur verba, quæ sunt *sentire*, *assentiri*, *consentire*, *dissentire*, *dissidere*, *conspirare*. Hæc fere vocabula cum iis conjunguntur: ætas, affectio, argumentum, causa, concitatio, consensus, consilium, cupiditas, deliberatio, demonstratio disciplina, dolor factum, impotentia, judicium, lex, natura, oratio, philosophia, ratio, scriptum, scriptura, seditio, sententia, temeritas, tempus, verbum, virtus, voluntas. *Sentire:* Acad. I. 6. 22: itaque omnis illa antiqua *philosophia* sensit in una virtute esse positam beatam vitam. *Assentiri:* Acad. II. 12. 39: quibus assensa est sc. *virtus*. *Consentire:* Fin. III. 14. 45: *bonum* quod in eo positum est, ut naturæ consentiat; — Her. II. 7. 11: *argumenta* et signa, quæ inter se consentiant; — Acad. II. 42. 131: cujus est *disciplina* nunc notior nec tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens, (nisi hoc loco *consentiens* pro adjectivo accipi debet); — Att. IX. 13. 3: cum consiliis tuis mea *facta* et *consilia* consentiunt; — ND. I. 17 de quo autem omnium *natura* consentit, id verum esse necesse est; — Timæus. 3: consequemur, ut tota dilucide et plane exornata *oratio* sibi constet et ex omni parte secum ipsa consentiat; — Fin. III. 3. 10: *ratio* enim nostra consentit, pugnat oratio; Mur. I. 1: ut vestræ mentes atque *sententtæ* cum populi Romani voluntatibus suffragiisque consentiant; — Part. Or. 7. 25: si cum orationis genere consentient sc. *varietas* vocis, *motus* corporis, *vultus*. *Dissentire:* Tusc. IV. 13. 29: *vitiositas* autem est habitus aut affectio in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens; — Tusc. V. 15. 43: *concitationibus* — ipsis inter se dissentientibus; — Prov. Cons. 1 ut *dolor* meus nihil a communi utilitate dissentiat; — Brut. 76. 264: in quo fateor volgi *judicium* a judicio meo dissensisse; — De Or. I. 31. 140: ita, ut a sententia *scriptura* dissentiat; — Her. II. 10. 15: *leges* ita dissentiant; — Part. Or. 39. 137: sin *scripta* inter sese dissentient; — Her. II. 10. 14: deinde contrariam *sententiam* — cum rebus judicatis dissentire; — Phil. I. 2. 5: mihi mirum videatur tam valde reliquum *tempus* ab illo uno die dissensisse; — Her. I. 11. 19: cum videtur scriptoris *voluntas* cum scripto ipso dissentire. *Dissidere:* Sest. 49. 103: ut popularis *cupiditas* a consilio principium dissideret; — Inv. I. 9. 12: cum *deliberatio* et *demonstratio* — ab judiciali genere plurimum dissideant; — Tusc. 15. 34: *impotentiam* quandam animi a temperantia et moderatione plurimum dissidentem; — Inv. II. 37. 110: genere et prima conformatione eas *(causas)* intelliget dissidere; — ND. I. 2. 5: *opiniones* tam variæ sint tamque inter se dissidentes; — Rep. I. 38. 60: iracundiam videlicet dissidentem a ratione *seditionem*; — Fin. III. 12. 41: has *sententias* eorum philosophorum re inter se ma-

gis quam verbis dissidere; — Off. II. 2. 8: fugere *temeritatem*, quæ a sapientia dissidet plurimum; — Inv. I. 13. 17: nam tum *verba* ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere; — Her. II. 9. 13: *voluntas* scriptoris cum scripto dissidere videbitur. *Conspirare:* Fam. X. 12. 4: mirabiliter enim populus Romanus universus et omnium generum ordinumque *consensus* ad liberandam rempublicam conspiravit; cfr. Lig. 12. 34; Tusc. V. 25. 72: *consilium* omnis vitæ consentiens et pæne conspirans; — cfr. præterea ND. II. 7. 19; III. 11. 28, ubi mutata paululum significatione similia exempla invenuntur.

Ann. Annotandum Att. XIV. 13. B: ætas nostra ab illius ætate quicquam debet periculi suspicari.

3. Sequuntur *judicare*, *dijudicare*, quæ his vocabulis adduntur: casus, consuetudo, dialectica. magnitudo, natura, oratio, patria, possessio, ratio, respublica, scientia, sensus, sermo, vis, virtus. *Judicare:* Att. XV. 25: utut est res, *casus* consilium nostri itineris judicabit; — Her. II. 28. 45: quam rem *consuetudo* optime potest judicare; — Acad. II. 28. 91: in geomeriane quid sit verum aut falsum judicabit an in litteris an in musicis sc. *dialectica;* — Off. I. 19. 65: sapiens animi *magnitudo* honestum illud in factis positum, non in gloria judicat; — Fin. I. 9. 30: ipsa *natura* incorrupte atque integre judicante; Tusc. V. 29. 83: quorum *oratio* nihil ipsa judicat; — Cat. I. 7. 17: nunc te *patria* — odit et metuit et jam diu te nihil judicat nisi de parricidio suo cogitare; — Parad. VI. 1: animus oportet tuus se judicet divitem, non hominum *sermo* neque *possessiones* tuæ; — Phil. X. 5. 12: quod si ipsa *respublica* judicaret; — Or. 55. 183: judicat enim *sensus;* — Part. Or. 23. 78: altera *(virtus)* quæ sint in disputando vera atque falsa — distinguit et judicat. *Dijudicare:* Tusc. V. 25. 72: vera et falsa dijudicat disserendi *ratio* et *scientia;* Att. XIV. 13. B.: nostras concertationes *respublica* dijudicavit; — Fam. VIII. 14. 4: quas ferrum et *vis* dijudicabit.

4. Verba, quæ sunt *censere*, *decernere*, *sancire*, *statuere*, *constituere*, *præstituere*, inter verba exist. referre licet atque hæc fere subst. iis subjiciuntur: cultura, honestas, lex, metus, periculum, religio sapientia, sententia, virtus. *Censere:* Phil. XIII. 3. 6: quid igitur censet sc. *sapientia;* — Post. 6. 13: acerbæ *sententiæ*, quæ censerent; — Tusc. V. 1. 4: culpa omni carens præter se ipsam nihil censet ad se pertinere *(virtus)*. *Decernere:* Fin. IV. 21. 59: tantam vim esse *honestatis* — ut nullis nec disciplinis nec præmiis demoveri possit ex eo, quod rectum esse decreverit; — Off. III. 6. 31: itaque *lex* ipsa naturæ — decernit, ut . . .; — Quinct. 2. 6: primum magnitudo *periculi* summo timore hominem adficit, quod uno judicio de fortunis

omnibus decernit. *Sancire:* Agr. III. 2. 8: Corneliæ *leges* non sanciunt; (sæpius); — Inv. II. 53. 160: postea res et ab natura profectas et ab consuetudine probatas legum *metus* et *religio* sanxit. *Statuere:* Fin. IV. 14: 38: statuat nihil esse melius in vite quam se sc. *cultura* vitium. *Constituere:* Off. II. 3. 9: *consuetudo* — constitueret esse honestum aliquid, quod utile non esset; — Agr. III. 3. 10: *legis*, quæ jus melius Sullanis prædiis constituat quam paternis; cfr. Leg. I. 15. 42. *Præstituere:* Inv. II. 42. 124: cum *lex*, quibus diebus in legationem proficisceretur, præstituerat.

Ann. Calp. 16. 37: obtinuisti provinciam consularem finibus eis, quos lex cupiditatis tuæ — pepigerat.

5. Tum *probare*, *approbare*, *comprobare* his vocibus adjunguntur: auctoritas, casus, comoedia, confirmatio, consuetudo, crudelitas, diuturnitas, eventus, existimatio, exitus, opinio, oratio, res, sententia, sermo, spes, temeritas, vetustas, vita. *Probare:* Rep. IV. 10. 11: numquam *comoediæ* — probare sua theatris flagitia potuissent; — Or. 48. 159: quod eadem *consuetudo* non probavit; — Fam. XI. 28. 4: nisi et ante acta *vita* et reliqua mea *spes* tacente me probat. *Approbare:* Rep. II. 32. 56: populi comitia ne essent rata, nisi ea patrum approbavisset *auctoritas;* — Div. I. 31. 65: neque enim illud verbum temere *consuetudo* approbavisset; — Div. I. 16. 29: veram fuisse obnuntiationem *exitus* approbavit. *Comprobare:* Her. II. 24. 38: accurata *confirmatio* rationis totam vehementissime comprobat argumentationem; — Planc. 27. 66: mea privata *consilia* publici quoque *casus* comprobaverunt; — Div. I. 23. 46: quod matris somnium immanis filii *crudelitas* comprobavit; — Acad. II. 47. 146: quam rationem majorum etiam comprobat *diligentia;* Mur. 36. 75: majorum instituta, quæ *res* ipsa, quæ *diuturnitas* imperii comprobat: — Verr. V. 14. 35: spem reliquæ vitæ vestra populique Romani *existimatio* comprobet; — Div. I. 19. 36: quorum disciplinam et sapientissimus vir et *eventus* ac *res* comprobavit; — Cæl. 29. 69: quod profecto numquam hominum *sermo* atque *opinio* comprobasset; — Or. 63. 214: patris sapiens dictum *temeritas* filii comprobavit; — Inv. II. 22. 67: quod voluntate omnium sine lege *vetustas* comprobarit.

Ann. Eodem refero Phil. XIII. 3. 6: annuerit (sapientia), ne ego sapientiam istam, quamvis sit erudita, non audiam.

6. Postremo huic generi verborum subjiciamus verba, quæ sunt *abnuere*, *respuere*, *repudiare*, *spernere*, *aspernari*, *despicere*, *contemnere*. Hæc substantiva cum iis conjuncta inveni: auctoritas, consilium, consuetudo, fides, gustatus, honestas, justia, mens, mos, motus (animi) natura, ratio, res, virtus, vis, vita, voluntas, usus. *Abnuere:* Fato 2. 3:

nihil enim umquam abnuit meo studio *voluntas* tua. *Respuere:* Cæc. 19. 56: *ratio* juris interdictique *vis* et prætorum *voluntas* et hominum prudentium *consilium* et *auctoritas* respuit hanc defensionem; — Fragm. Tom. XI. p. 1: quod ratio, quod *consuetudo*, quod rei *natura* respuit; — Mur. 35. 74: eam *usus*, *vita*, *mores*, civitas ipsa respuit; — De Or. III. 25. 99: quin etiam *gustatus* — quod valde dulce est, aspernatur et respuit; — Fato, 20. 47: cum id dicat, quod omnium *mentes* aspernentur ac respuant; — Tusc. II. 6. 16: id, quod natura ipsa et quædam generosa *virtus* statim respuit. *Repudiare:* Cæcil. 16. 51: etenim *fides* mea custodem repudiat; — Verr. II. 56. 138: *res* ipsa illum censum repudiaret; cfr. ND. II. 3. *Spernere:* Off. II. 11. 38: eas res spernit et neglegit sc. *justitia*. *Aspernari:* Off. III. 33. 119: non recipit istam conjunctionem *honestas*, aspernatur, repellit; — Tusc. III. 11. 24: *perturbatio* sit animi motus vel rationis expers vel rationem aspernans; — Tusc. II. 13. 30: omnia, quæ *natura* aspernetur; — Læl. 13. 47: *virtus* fugienda, quæ necesse est cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur. *Despicere, contemnere:* Tusc. V. 1. 4: omnia — supter se habens eaque despiciens casus contemnit humanos *(virtus)*; — Off. III. 27. 100: harum enim est virtutum proprium nihil extimescere, omnia humana despicere; — cfr. Div. II. 41. 86: hoc quidem genus divinationis, *vita* jam communis *explosit*.

Ann. Ejusdem significationis esse videtur verbum, quod est *anteponere* hisce locis: Fin. III. 19. 64: leges omnium salutem singulorum saluti anteponunt; ibid. 11: si honestis jucunda anteponat sc. voluptas.

III.

Verba cognoscendi.

Hæc verba admodum raro cum subst. abstr. conjuncta apud Ciceronem inveniri ex iis, quæ sequuntur, apparet.

1. Ac primum quidem afferantur verba, quæ sunt *noscere*, *agnoscere*, *intelligere*, *præsentire*, *discere*, quibuscum hæc substantiva conjunguntur: conjectura, observatio, ratio, respublica, virtus, vita, usus. *Noscere:* Fam. X. 32. 5: *respublica* si me satis novisset; — Læl. 26. 97: optime enim se ipsa novit *(virtus)*; — Læl. 11. 38: quos novit *vita* communis. *Agnoscere:* Div. I. 57. 131: quæ — *observatio* atque *usus* agnovit; — Læl. 27. 100: quæ *(virtus)* cum se

extulit et ostendit lumen suum et idem aspexit agnovitque in alio. *Præsentire:* Div. I. 56. 128: quas esse futuras — aut *ratio* aut *conjectura* præsentit. *Discere:* Off. II. 4. 13: nisi communis *vita* ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset.

Ann. Huc quoque pertinent *dediscere, ignorare, oblivisci:* Brut. 13. 51: loqui pæne dedisceret *(eloquentia);* — Acad. II. 8. 24: ipsa vero *sapientia* si se ignorabit sapientia sit necne; — Fin. IV. 13. 32: quæ autem *natura* suæ primæ institutionis oblita est.

2. Sequuntur verba *videndi*, quæ sunt *videre, providere, intueri, cernere, discernere, aspicere, conspicere, observare, spectare.* Hæ fere voces cum his verbis copulantur: amicitia, cogitatio, contentio, cura, fors, ingenium, notio, prudentia, ratio, reditus, religio, respublica, sapientia, spes, virtus, vita, voluntas. *Videre:* Att. IV. 10: sed de illa ambulatione *fors* viderit; cfr. ib. XIV. 13; — Tusc. V. 5. 14: *prudentia* ipsa hoc videt non omnes bonos esse beatos; — Calp. 22. 51: ac meus *(reditus)* quidem is fuit, ut a Brundisio usque ad Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderit; — Mil. 31. 85: *religiones* me hercule ipsæ, quæ illam belluam cadere viderunt; — Tusc. V. 28. 80: dabit se in tormenta *vita* beata — cum tortoris os viderit, consistet. *Providere:* Rep. II. 1. 2: neque cuncta *ingenia* collata in unum tantum posse uno tempore providere; — Quint. fr. 1. 13. 38: ante occupatur animus ab iracundia, quam providere *ratio* potuit ne occuparetur. *Intueri*: De Or. III. 5. 20: quantum nostrorum *ingeniorum* acies intueri potest; cfr. Tusc. I. 30. 73; — Mil. 29. 79: liberæ sunt enim nostræ *cogitationes* et quæ volunt, sic intuentur . . .; — Fin. IV. 13. 35: hanc ergo intuens sc. *sapientia;* — Phil. X. 11. 23: omnis *voluntas* M. Bruti, omnis *cogitatio* — libertatem populi Romani intuetur. *Cernere:* Tusc. IV. 27. 58: itaque bene adhibita *ratio* cernit, quid optimum sit. *Discernere:* Acad. II. 9. 27: neque ea posset ulla *notio* discernere. *Aspicere:* Phil. XIII. 4. 9: Cn. Pompeji filium *respublica* aspiciet; Læl. 27. 100 idem aspexit sc. *virtus. Conspicere:* De Or. III. 2. 7: o inanes nostras *contentiones*, quæ medio in spatio sæpe franguntur — antequam portum conspicere potuerunt. *Observare:* Læl. 16. 58: adfluentior videtur esse vera *amicitia* nec observare ne plus reddat quam acceperit; — Parad. V. 2. 39: quem nutum locupletis orbi senis non observat sc. hereditatis *spes? Spectare:* Fin. V. 23. 67: inest in omni virtute *cura* quædam quasi foras spectans.

Ann. 1. Inserantur etiam huic loco nonnulla exempla, in quibus *spectare* immutata paulum significatione ponitur: Off. II. 21. 72: quæ *(beneficia)* ad singulos spectant; — De Or. II. 40. 169: nostra *consilia* sempiternum tempus spectare debent; — Inv. I. 32. 53: quo

spectant illæ primæ *inductiones;* — Rep. III. 7 (fragm.) *justitia* foras spectat; — Top. 26. 97: ut ad suos fines spectent sc. *narrationes;* — Fin. IV. 17. 46: nemo dubitet eorum omnia *officia*, quo spectare — debeant; — De Or. III. 24. 91: quorsum igitur hæc spectat *oratio;* — Fin. V. 5. 12: quod *philosophia* spectare et sequi debeat; — Fam. XIV. 5: ad arma *rem* spectare; — Brut. 85. 292: quonjam ad perorandum spectare videtur *sermo* tuus; — Fin. V. 2. 6: ad imitandos summos viros spectant sc. ista *studia;* — Or. 59. 201: *verba* spectare debent ad ultimum.

Ann. 2. Addenda sunt exempla in quibus *custodire* cum subst. abstr. conjungitur: Phil. XII. 9. 22: me non solum amicorum *fidelitas*, sed etiam universæ civitatis oculi custodiunt; — Dejot. 11. 30: nostram salutem nullæ *leges*, nulla *jura* custodient.

Ann. 3. Verba, quæ sunt *invenire* et *reperire* huc referri posse videntur: Her. III. 22. 36: imitetur ars igitur naturam et quod ea desiderat, inveniat — nihil est enim quod aut natura extremum invenerit aut doctrina primum; — De Or. II. 90. 366 ex qua eloquentia nomen suum invenit; — Tusc. 7. 20: neque enim umquam finem inveniet libido; cfr. præt. Or. 49; Tusc. 27. Reperire: Quinct. 1. 5: veritas — locum, ubi consistat, reperire non poterit.

IV.

Verba dicendi.

Hujus generis verborum quum vis ac significatio latissime pateat, in hunc locum verba respondendi, monendi, declarandi, hortandi, vocandi et quæ sequuntur, contulimus. Itaque fieri non potuit, quin huic generi pæne infinita subjicienda esset exemplorum multitudo, in quibus verba, quum dicendi notionem interdum habeant obscuratam, nonnumquam ne actionem quidem significare videntur, ut in exemplis, quæ sunt *res declarat, res significat;* quum autem omnes locutiones, quas in hunc locum recepimus, ejusdem generis sint et ex eodem fonte profluant, hæc quoque exempla afferre inutile non videbatur.

1. Primum igitur a *verbis dicendi* (proprio sensu) initium capiamus atque ex iis.

a. dicere, prædicere, prædicare adduntur subst. abstr. quæ sunt: animus, definitio, disciplina, eloquentia, fremitus, historia, justitia, lex, motus, mugitus, philosophia, restipulatio, veritas, virtus, vox. *Dicere:* Sulla, 24. 69: etenim de principio studuit *animus* — de me aliquid

ipso dicere; — Inv. I. 49. 91: mala *definitio* est, cum — falsum quiddam dicit; — Off. I. 2. 5: hæ igitur *disciplinæ* — de officio nihil queant dicere; — De Or. III. 20. 76: illa vis autem *eloquentiæ* tanta est, ut — omnia, quæ ad quamcumque rem pertineant, ornate copioseque dicat; — Tusc. III. 17. 36: quæ *(justitia)* ita dicet dupliciter esse te justum; — Agr. III. 2. 8: at hoc Valeria *lex* non dicit; — Tusc. I. 4, 7: hanc enim perfectam *philosophiam* semper judicavi, quæ de maximis quæstionibus copiose posset ornateque dicere; — Q. Rosc. 13. 38: satisne ipsa *restipulatio* dicere tibi videtur; — Top. 20, 74: ea videtur *veritas* ipsa dicere; cfr. Fin. II. 20. 65; — Acad. II. 45: 139: pecudum illos motus esse dicit sc. *virtus*. *Prædicere:* Div. I. 18. 35: cum terræ sæpe *fremitus*, sæpe *mugitus*, sæpe *motus* multa — nostræ reipublicæ prædixerint. *Prædicare:* Att. II. 5: quid vero *historiæ* de nobis ad annos DC. prædicarint; Quinct. 15. 50: de quo homine præconis *vox* prædicat.

Ann. 1. *Addicere* i. q. adjudicare, tradere aliquem alicui invenitur Sest. 17. 38: quos *egestas*, quos æris alieni magnitudo, quos *levitas*, quos *improbitas* tribuno plebis constrictos addixerat.

Ann. 2. Verbum quod est *inquit* legitur: Leg. II. 23. 58: inquit lex in duodecim.

b. Sequuntur *loqui, obloqui*, quibus hæ voces adjunguntur: causa, conclusio, consuetudo, exspectatio, fides, gravitas, lex, patria, philosophia, res, sapientia, spes, virtus, voluptas, vox. *Loqui:* (Cluent. 50. 139: si *causæ* ipsæ pro se loqui possent;) Acad. II. 32. 101: *conclusio* ipsa loquitur; — Fin. II. 15. 48: ut enim *consuetudo* loquitur; — Sulla, 29. 82: quorum tacita *gravitas* et *fides* de unoquoque loquitur; — Cluent. 54. 148: ubi enim mortales allegat, ita loquitur *(lex)*; — Off. II. 12. 41: leges sunt inventæ, quæ cum omnibus semper una atque eadem voce loquerentur; cfr. Inv. I. 52. 100; Leg. III. 1; — Cat. I. 7. 17: quæ *(patria)* tecum Catilina sic agit et quodammodo tacita loquitur; cfr. ib. 8. 19; — Fin. IV. 9. 22: quæ est igitur ista *philosophia*, quæ communi more in foro loquitur; — Mil. 20. 53: *res* loquitur ipsa; cfr. Fam. III. 2; ibid. XV. 11; Att. III. 1; — Part. Or. 23. 79: nihil est enim aliud eloquentia nisi copiose loquens *sapientia;* — Parad. V. 2. 39: loquitur ad voluntatem sc. hereditatis *spes;* — Tusc. 19. 45: loquetur enim eorum voce *virtus* ipsa tecum; — (Fin. III. 1: *voluptatem* quidem, Brute, si ipsa pro se loquatur); — Mil. 35. 95: nec vero hæc (*vox* Tulli) — flens sed hoc eodem loquitur vulto, quo videtis. *Obloqui:* Cluent. 23. 63: tacita vestra *exspectatio*, quæ mihi obloqui videtur.

Ann. Huic loco addenda est loquendi formula *vocem mittere:* Cæl. 22. 55: an aliquem vocem putatis ipsam pro se causam et veritatem posse mittere; — Cluent. 32. 88: hodierno die primum veritas vocem contra invidiam his judicibus freta miserit.

c. In hunc tertium locum nonnulla conferantur verba, quæ, quamquam variæ sunt significationis, superioribus esse finitima et huic generi aptissime subjici posse videntur. Hæc sunt: *clamare*, *nuntiare*, *prænuntiare*, *pronuntiare*, *renuntiare*, *prodere*, *nominare*, *contendere*, *disputare*, quibuscum hæc substantiva conjunguntur: auspicium, fama, fremitus, historia, lex, natura, oratio, ratio, restipulatio, rumor, sensus, veritas, virtus, vis, voluptas, vox. *Clamare:* Fin. IV. 19. 55: *sensus* enim cujusque et *natura* rerum atque ipsa *veritas* clamabat; — Q. Rosc. 13. 37; quid enim *restipulatio* clamat; — Fin. II. 20. 65: clamat *virtus* beatiorem fuisse quam potantem in rosa Thorium. *Nominare:* Cluent. 54. 148: deinceps omnes magistratus nominavit *(lex)*. *Nuntiare:* Div. I. 16. 29: *auspicia*, ut omina, ut signa — nuntiant eventura; — Fam. XII. 4. 2: *fama* nuntiabat te isse in Syriam; — Har. Resp. 11. 23: dubitamus quos ille *fremitus* nuntiet ludos esse pollutos; — Cluent. 9. 28: atque hunc tantum mærorem matri prius hominum *rumor* quam quisquam ex Oppianici familia nuntiavit; — Acad. II. 25. 79: si ne *sensus* quidem vera nuntiant; — Div. I. 44. 99: ex occulto auditas esse *voces*, quæ pericula belli nuntiarent. *Prænuntiare:* Div. I. 6. 12: est enim *vis* et *natura* quædam, quæ — futura prænuntiat. *Pronuntiare:* Fin. II. 12. 37: æquam igitur pronuntiabit sententiam *ratio*. *Renuntiare:* Cluent. 52. 143: nimirum tibi istud *lex* ipsa renuntiavit. *Prodere:* Scaur. 19. 42: falacissimum genus esse Phoenicum omnia monumenta vetustatis atque omnes *historiæ* nobis prodiderunt; cfr. Div. I. 53. 121. *Contendere:* Fin. III. 1: si pluris esse contendat dulcedinem corporis — quam gravitatem animi sc. *voluptas*. *Disputare:* Timæus 3: cum de re stabili et innumerabili disputat *oratio*.

Ann. 1. Ab iis, quæ supra allata sunt, verbis non longe abesse videntur verba, quæ sunt *mentiri*, *affingere*, *ascribere*, *adjungere* in locis, qui sequuntur: Div. I. 19. 37: num etiam Graiorum *historia* mentita est; — Tusc. III. 24. 58: quantum sit ementita *opinio*, appareat; — ND. II. 5. 15: in quibus nihil nmquam immensa et infinita *vetustas* mentita sit; — Cluent. 4. 9: faciam, ut intellegatis in tota illa causa quid *error* affinxerit, (quid invidia conflarit); — Fam. IX. 14. 1: hominum *opinio* socium me ascribat tuis laudibus; — Cluent. 1. 1: altera (pars *orationis*) tantum modo — timide et diffidenter attingere rationem veneficii sc. videbatur.

Ann. 2. Una atque eadem est ratio verborum, quæ sunt *suffragari, commendare, consolari, arguere, coarguere, testari, testificari, minari, persuadere. Suffragari:* Verr. V. 69. 178: cui legi istius *spes* falsa et insignis impudentia suffragatur; — Planc. 1: ei temporum *memoriam* suffragari videbam; — (cfr. Mur. 23. 46: petioni vero refragata est (*lex*)); 6. 1: *adventus* ipsius ad te satis eum commendabit; — Or. Post. Red. I. 6. 13: cum eum præter simulatam tristitiam nulla *res* commendaret, non vis consilii, non dicendi *facultas*, non scientia rei militaris; — De Or. II. 43. 183: lenis *(oratio)*, quæ maxime commendat reos; — Cat. IV. 9. 18: *patria* communis vobis se — commendat; cfr. Brut. I. 68. 240; ibid. 99. 312. *Consolari:* Fam. IV. 6. 1: me autem non *oratio* tua solum et *societas* pæne ægritudinis, sed etiam *auctoritas* consolatur; — Fin. I. 12. 40: ut ejus (doloris) magnitudinem *celeritas*, diuturnitatem *allevatio* consolatur; — Fam. VI. 10. 4: quam te vehementer consolaretur *conscientia;* — Mil. 35. 97: quæ (*gloria*) brevitatem vitæ posteritatis memoria consolaretur; — Quinct. I. 5: nihil est, quod humilitatem cujusquam *gravitas* et *virtus* judicis consoletur; — Fam. III. 12. 2: plus me in hac spe tua *sapientia* et *humanitas* consolatur, quam opportunitas temporis; — Fam. I. 6: me — consolatur *spes;* cfr. præt. Quinct. 18. 59; Cluent. I. 1; Cæcil. 5. 18: Fam. 1. 6; ib. IV. 6. 1; Oct. 2. Ceteri loci, qui huc pertinent, sunt: Part. Or. 33. 114: *causæ* communiter videntur — arguere omnes; — Mil. 14. 36: hunc autem hæc eadem (*consuetudo)* coargit; — Verr. V. 59. 153: meum enim *crimen* avaritiæ te nimiæ coarguit; — Font. 10. 21: at *ratio* rerum et *vis* argumentorum coarguit; — ND. III. 36. 88: improborum igitur *prosperitates* secundæque *res* redarguunt — vim omnem deorum; — Phil. X. 3. 7: quæ gratissima *memoria* — testata est; — Verr. V. 7. 17: hæc — summa hominum *frequentia* testificaretur; — Q. Rosc. 6. 17: dabit enim nobis jam tacite acta *vita* grave testimonium; — Tusc. V. 27. 76: is *(dolor)* fortitudinem — se debilitaturum minatur; — Ep. ad Brut. I. 16. 3: cujus *culpa* — Antonio post interitum illius persvasit, ut . . .

Ann. 3. Licet hic ea quoque afferre, quæ susperioribus contraria sunt, *conticescere, obmutescere, silere,* quamquam actionem exprimere non videntur. Mur. 10. 22: *artes* ilico nostræ conticescunt; — Calp. 12. 26: *judicia* conticuissent; — Tusc. II. 21. 50: videsne ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi *dolor;* — Brut. 6. 28: *eloquentia* obmutuit; — Leg. III. 17. 39: si quando *ambitus* sileat; — Mil. 4. 11: silent enim *leges* inter arma; — Vat. 3: 8: omnia denique bonarum artium *studia* siluerunt.

2. *Respondere* subst. abstr. adjungitur hisce locis: Fam. V. 2. 4: satisne videatur his omnibus rebus tuus *adventus* — mutue respondisse; De Or. III. 49. 191: se offerent et respondebunt non vocati sc. *pæon* aut herous; Opt. gen. Or. 4. 11: satis enim eis *res* ipsa respondet; Or. 59. 200: confestim *verba* concurrunt — ut suo quodque loco respondeat.

Ann. Respondere i. q. convenire legitur Or. 12. 48; ibid. 43. 148; Or. post Red. II. 9; Fam. II. 1; II. 5.

3. Paulo sæpius verba, quæ sunt *monere, admonere, commonere, commonefacere*, cum subst. abstr. conjunta nobis occurrunt. Sunt autem: aspectus, clamor, confessio, copia, decisio, dies, divinatio, exornatio, irrisio, lex, necessitas, nominatio, obnuntiatio, pietas, præceptio, prædictio, proverbium, quæstio, ratio, res, sensus, sors, temperantia, tempus, tractatio, virtus. *Monere:* Div. I. 16. 30: non igitur *obnuntiatio* Ateji causam finxit clamitatis, sed signo objecto monuit Crassum ...; — Inv. II. 22. 66: quæ (*pietas*) erga patriam aut parentes — officium conservare moneat; — Div. II. 8: quid est quod me moneant aut *sortes*, aut exta aut ulla *prædictio;* — Cat. M. 10. 32: *proverbio*, quod monet; — Fin. I. 20. 66: *ratio* ipsa monet amicitias comparare; — Her. IV. 34. 46: nunc *res* ipsa monet; sæpius; — Fin. I. 14. 47: *temperantia* est enim, quæ — ut rationem sequamur monet. *Admonere:* Tusc. V. 24. 69: horum nimirum *aspectus* impulit et admonuit, ut plura quærerent; — Mil. 2. 3: quoram *clamor* — admonere vos debebit; — Cæc. 36. 104: statuite quid vos *tempora* reipublicæ — illius *confessio*, nostra *decisio* — *ratio* — admoneat; — Fam. II. 11: ipse *dies* me admonebat; — Div. II. 8. 21: quæ (*divinatio*) — nihil nos admonere potest; — Tusc. III. 25. 60: nam et *necessitas* ferendæ condicionis humanæ quasi cum deo pugnare prohibet admonetque esse hominem; — Her. IV. 31. 42: *nominatio* est prima, quæ nos admonet; — Her. IV. 1: id enim quod admonuit et leviter fecerit *præceptio;* — Top. 10. 41: *quæstiones* ipsæ te admonebunt; — Verr. II. 59. 145: nonne *res* ipsa vos admonet; sæpius; — Fam. V. 2. 10: meus enim me *sensus*, quanta vis fraterni sit amoris, admonet; — Calp. 38. 94: admonebit autem nemo alius nisi reipublicæ *tempus;* — Brut. 4. 15: ipsa mihi *tractatio* litterarum tuarum — admonuit, ut ...; — Arch. 11. 29: *virtus*, quæ noctes et dies animum gloriæ stimulis concitat atque admonet. *Commonere*: Her. IV. 26. 35: quid dixerit, commonet sc. *exornatio;* — — Verr. III. 16. 40: quod vos *lex* commonet; cfr. Agr. II. 12. 31. *Commonefacere:* Verr. IV. 64. 144: non laudationem, sed potius *irrisionem* esse illam, quæ commonefaceret istius præturam.

Ann. Hic annotandum Fam. VIII. 10. 1: nunc hæc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat.

4. Transeamus jam ad *verba declarandi* quæ persæpe cum subst. abstr. conjuncta inveniuntur.

a. Atque ex uberrima copia exemplorum, in quibus *declarare* legitur, hæc proferamus: Cæc. 33. 95: declarat ipsa *adscriptio* esse aliquid; Planc. 17. 43: cujus quidem *æquitas* et ea *voluntas* erga Cn. Plancii salutem — facile declarat non fugiendos judices; — Part. Or. 10. 34: *argumentum,* quod — certum declarat; — De Or. I. 5. 18: histrionum levis *ars* et scena declarat; — Leg. II. 15. 37: senatus vetus *auctoritas* de Bacchanalibus et consulum *quæstio* declarat; — Att. IV. 15. 2: amorem in tuos reditus, *celeritas* declarabit; — Leg. II. 22. 55: tota hujus juris *compositio* — cærimoniam declaret; Div. I. 37. 80: illa *concitatio* declarat vim in animis esse diviuam; — ibid. II. 70. 144: interpretum *conjecturæ* nonne magis ingenia declarant eorum quam vim; — Fam. V. 13. 1: declarat enim summam benevolentiam conjunctam prudentia sc. *consolatio;* — ND. II. 16. 43: sensum autem astrorum — declarat *ordo* eorum atque *constantia;* — ND. II. 21. 55; earum autem perennes *cursus* atque perpetui-declarant in his vim et mentem esse divinam; — Tusc. III. 22. 52: quod ita esse *dies* declarat; — Planc. 35. 86: sicut et illa principia et hi recentes rerum *exitus* declararunt; — cfr. Fam. XI. 2. — Fin. I. 20. 65: quod quam magnum sit, fictæ veterum *fabulæ* declarant; — Brut. I. 10. 1: quæ *(fama)* declararet te adducere exercitum; — De Or. I. 43. 193: *actionum* genera quædam majorum consuetudincm vitamque declarant. Præterea hæc subjecta rei enumerentur: gestus De Or. III. 59. 220; novitas — iniquitas Verr. I. 47. 125; interitus Off. II. 7. 23; oratio ND. I. 3. 6; poema Div. II. 54. 110; præsentia ND. II. 66. 166; prodigium Verr. IV. 49. 107; ratio ND. I. 18. 46; res Verr. II. 65. 157 et sæpius; respublica Fam. I. 9. 16; risus Calp. 40. 97; sermo Fam. VI. 12. 3; significatio Phil. XIV, 2; similitudo Tusc. I. 32. 79; temeritas Off. I. 8. 26; terror Cæc. 15. 43; verbum Cæc. 30. 87 et sæpius; vocabulum Fin. III. 4. 14.

b. Demonstrare cum vocabulis, quæ artium notiones significant, in libris rhetoricis conjungitur: Hæc sunt argumentatio Inv. I. 29. 44; commutatio Her. IV. 26. 36; dispositio Her. I. 2. 3; pronominatio Her. IV. 31. 42; ratio Her. II. 18. 28, quorum exempla in prooemio inveniuntur. Præterea afferantur: De Or. II. 35. 150: ars demonstrat; Top. 18. 67: causa demonstrat; Inv. I. 30. 49: imago est oratio demonstrans; — De Or. III. 13. 49: verbis usitatis ac proprie demonstrantibus ea, quæ significari — volemus.

c. Quod de demonstrare diximus, idem fere valet in verbo quod est *ostendere:* Mil 19. 50: neque cæca *nox* ostendisset Milonem; — Or. 33. 116: si quidem est definitio *oratio*, quæ quid sit id, de quo agitur, ostendit; — Inv. I. 22. 31: una pars *(orationis)* est, quæ quid, cum adversariis conveniat — ostendit; — Her. II. 23. 35: infirma *ratio* est, quæ non necessario ostendit ita esse; — Inv. II. 22. 68: ipsa *res* ostendit; — Her. IV. 26. 35: *transitio*, (vide proœm.).

d. A superiorum usu discedere et paulo latius vagari verbum quod est *indicare*, ex locis, qui sequuntur, apparet: ND. II. 5: 15: quarum rerum *aspectus* ipse satis indicaret non esse ea fortuita; — Off. III. 31. 111: id indicant *leges* in duodecim tabulis, indicant sacratæ, indicant *foedera* — indicant *notiones* animadversionesque censorum; — Top. 18. 67: *causa* quid sit effectum indicat; — Fin. II. 31. 99: summorum officiorum in extremo spiritu *conservatio* indicat innatam esse homini probitatem; — Leg. III. 11. 25: atque hæc rei *exitus* indicavit; — Acad. II. 45. 137: ut indicat ipsius *historia* scripta Græce; — De Or. I. 16. 73: sed indicat ipse *motus* didicerintne palæstram an nesciant; — Or. 19. 61: cetera in eo latere indicat *nomen* ipsum: — Brut. I. 31. 117: quod indicat Gracchi in eum *oratio* (sæpius); — Acad. II. 14. 45: satis magnam habet vim (sc. *perspicuitas*) ut ipsa per sese ea, quæ sint, nobis, ita ut sint, indicet; — Verr. V. 20. 50: ut *res* indicat; cfr. Cluent. 47; Att. II. 24; — Mil. 19. 50: neque muta *solitudo* indicasset (Milonem); — De Or. III. 38. 156: illæ paulo audaciores *(translationes)*, quæ non inopiam indicant; — Cæc. 18. 53: *verba* reperta sunt non, quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem.

e. Proximum est *significare*, quod cum subst. abstr. conjunctum his locis invenimus: Inv. 40. 74: *argumentatio* nomine uno res duas significat; — Sex. Rosc. 34. 97: quid hæc tanta *celeritas festinatioque* significat; — Att. II. 17. 1: quid enim ista repentina affinitatis *conjunctio*, quid *effusio* pecuniæ significant; — Att. V. 4. 4: parsimoniam hujus paginæ *contractio* significat; — Tusc. III. 23. 57: significat tolerabilia sc. *disputatio;* — Off. I. 9. 30: *dubitatio* cogitationem significat injuriæ; — Tusc. I. 14. 31: quid *elogia* significant nisi nos futura etiam cogitare; — Tull. 21. 49: at primum istæ ipsæ *leges* significant quam noluerint majores hominem occidi; — ND. II. 16. 43: *ordo* autem siderum et *constantia* neque naturam significat neque fortunam; — Her. II. 25. 39: quæ *(res)* plures res significat; — Inv. II. 40. 116: quod *scriptum* duas pluresve res significat; — Cat. M. 19. 20: *ver* enim tamquam adolescentiam significat; — Font. 5. 12: in quibus *vestigium* sit aliquod, quod significat pecuniam

M. Fontejo datam datam; — Div. II. 70. 144: id enim *celeritas* significat et *vis* equorum.

f. Postremo huc referri videntur *explicare*, *explanare*, quæ his vocibus adduntur: definitio, oratio, ratio, sermo, vis, verbum. Explicare: De Or. III. 29. 113: *definitio* explicat quid sit sapientia; — Top. 5. 26: definitio est *oratio*, quæ id quod definitur, explicat; — Div. I. 7. 13: quorum vim atque naturam *ratio* numquam explicavit; — Cat. M. 1. 3: jam enim ipsius Catonis *sermo* explicabit nostram omnem de senectute sententiam; — De Or. III. 14. 55: hæc *vis*, quæ scientiam complexa rerum sensa mentis et consilia sic verbis explicat, ut . . . *Explanare:* Or. 24. 80: rem maxime explanant *(verba);* — Off. I. 28. 101: quæ (pars *naturæ* hominis) docet et explanat quid faciendum sit.

Ann. Huic generi addenda videntur verba quæ sunt *insimulare*, *purgare:* Agr. III. 3. 10: quæ (*oratio*) ejusmodi in causa insimulare quemquam audeat; — Off. III. 26. 97: sed insimulant eum *tragoediæ* simulatione insaniæ militiam supterfugisse voluisse; — Sex. Rosc. 44. 127: nam Sullam et *oraiio* mea ab initio et ipsius eximia virtus omni tempore purgavit; Fragm. Tom. XI. p. 30: *integritas* tua te purgavit.

5. Sequuntur verba *hortandi*, quæ sunt *hortari*, *adhortari*, *dehortari*, quibus hæc subst. abstr. subjiciuntur: actio, ægritudo, ætas, ambitio, amicitia, amor, benevolentia, causa, consuetudo, cupiditas, dignitas, impulsio, ingenium, libido, metus, natura, prudentia, ratio, res, respublica, suasio, tempus, turpitudo, vetustas, virtus. *Hortari:* Fin. III. 6. 22: multo nos ad se expetendam magis hortatur (honesta *actio*); — ND. I. 4. 9: hortata etiam est, ut me ad hæc conferrem, animi *ægritudo;* — De Or. III. 25. 97: aliud quiddam majus et *ingenia* me hortantur vestra et *ætates;* — Fam. VII. 1. 4: cum et *ætas* et *ambitio* me hortabatur; — Fam. XV. 5. 1: quod et *respublica* me et nostra *amicitia* hortatur; — Fam. XVI. 1. 3: *amor*, ut valentem videamus, hortatur; — Fam. IV. 7. 1: amicitiæ nostræ *vetustas* et tua summa erga me *benevolentia* — me hortata est, ut . . .; — Inv. 6. 20: *causa* ad peccandum hortata videatur; — Inv. II. 5. 17: *impulsio* est, quæ — facere aliquid hortatur; — Phil. II. 18. 45: *libidine* hortante; — Verr. I. 41. 104: quod eum *natura* hortabatur; — Fam. XI. 20. 4: hæc me tibi scribere non *prudentia* mea hortatur, sed amor in te et *cupiditas* otii; — Att. VII. 20. 2: ad fugam hortatur amicitia Gnæi, causa bonorum, *turpitudo;* — Sest. 41. 88: *virtus* fortissimum hortabatur; — *Adhortari:* Rab. 1. 2: me cum amicitiæ *vetustas*, cum *dignitas* hominis, cum *ratio* humanitatis, cum meæ vitæ perpetua *con-*

suetudo ad C. Rubirium defendendum est adhortata. *Dehortari:* Calp. 39. 94: *res* ipsa et reipublicæ *tempus* aut me ipsum aut alium quempiam — dehortabitur.

6. Accedamus ad verba *vocandi* quæ sunt *vocare, avocare, devocare, revocare*, quæ non raro subst. abstr. adjunguntur: Hæc fere sunt: ætas, avaritia, auctoritas, causa, consilium, culpa, dolor, exspectatio, fama, honestas, inimicitia, invidia, jus, libido, mens, metus, moeror, necessitas, nomen, odium, officium, oratio, patria, pietas, pudor, ratio, res, respublica, sanctitas, senectus, temperantia, tribunatus, virtus, voluntas, voluptas. *Vocare:* Mur. 3. 6: cum omnes me *causæ* ad misericordiam atque ad humanitatem vocant; — Rab. 1. 2: non enim C. Rabirium *culpa* delicti, non *invidia* vitæ, non denique justæ gravesque *inimicitiæ* civium in discrimen capitis vocaverunt; — Cluent. 23. 63: tamen vocat me alio jamdudum tacita vestra *exspectatio;* — Sest. 23. 51: si quæ vos aliquando *necessitas* ad rempublicam contra improbos cives defendendam vocabit; — Mur. 2. 5: quod si ita est, non tam me *officium* debuit ad hominis amici fortunas quam *respublica* consulem ad communem salutem defendendam vocare; — Rep. III. 22. 33: est quidem vera lex recta *ratio*, quæ vocet ad officium: Att. V. 21: te *res* ad tempus vocat; — Sest. 6. 13: ad *tribunatum*, qui ipse ad sese jamdudum vocat — veniamus; — Fin. I. 16. 54: *voluptas* autem est sola, quæ nos vocet et alliciat suapte natura. *Avocare:* Sex. Rosc. 32. 90: quos *ætas* a proeliis avocabat; — Fam. X. 24. 6: quæ *mens* eum, aut quorum *consilia* a tanta gloria — avocarit; — Leg. II. 4. 10: *ratio* — a delicto avocans; — Cat. M. 5. 15: avocet a rebus gerendis sc. *senectus;* — Tusc. V. 14. 42: *temperantia* — a libidine avocet; — Arch. 6. 12; a nullius umquam me tempore — *voluptas* avocarit. *Devocare:* Pomp. 14. 40: non *avaritia* ab instituto cursu ad prædam aliquam devocavit, non *libido* ad voluptatem; — *Revocare:* Post. Red. I. 8. 22: quam ad salutem meam — *auctoritas* vestra revocavit; — Cluent. 5. 12: sic inflammata ferri libidine ut eam non *pudor*, non macula familiæ, non hominum *fama*. non filii *dolor* non filiæ *moeror* a cupiditate revocaret; — Off. I. 3. 9: honestas contra revocare ad se videtur; — Verr. V. 42. 108: te non *senectus*, non hospitii *jus* atque *nomen* ab scelere — revocare potuit: — Leg. II. 7. 16: quam multos divini supplicii *metus* a scelere revocavit; — Cat. III. 5. 10: quæ *(patria)* quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit; — Cat. I. 9. 22: neque enim is es, Catilina, ut te aut *pudor* umquam a turpitudine aut *metus* a periculo aut *ratio* a furore revocarit; — Sulla, 30. 83: si me non ipsa *respublica* ad gravitatem animi — revocaret; — Acad. II.

45. 139: revocat *virtus* vel potius reprehendit: — Top. 1: digniores e cursu ipso revocavit *voluntas* tua.

Ann. 1. Ad horum verborum significationem proxime accedere videntur *invitare, arcessere* his locis: Phil. X. 1. 3: cur cum te et *vita* et *fortuna* tua ad otium invitet; — Fin. 16. 51: invitat igitur vera *ratio* bene sanos ad justitiam; — Cat. M. 16. 57: ad quem fruendum — invitat atque allectat *senectus;* — Fam. IV. 5. 3: quid autem fuit, quod — ad vivendum invitare posset? quæ *res?* quæ *spes?* — Cluent. 33. 89: *voltus* enim vestri me invitant, ut: — Post. Red. I. 15. 39: cum me vestra *auctoritas* arcessierit; — Rab. 8. 22: cum *improbitas* et *furor* L. Saturnini in Capitolium arcesserit.

Ann. 2. Hoc quoque loco commemorantur nonnulli loci, in quibus *allicere (elicere, illicere)* aliaque ejusdem significationis verba leguntur: Off. I. 17. 56: virtus nos ad se allicit; cfr. præt. Fin. I. 7. 23: causa; De Or. II. 78. 315: cognitio; Pomp. 9. 24: fortunæ; Fin. I. 15. 49: perfunctio; Fin. II. 10. 32: disputatio; Læl. 14. 50: similitudo; — Cat. M. 2. 4: nulla consolatio *permulcere* posset stultam senectutem; cfr. Or. 49. 163; — Acad. II. 45. 139: voluptas sensibus nostris *blandiatur;* — Acad. fragm. *lenociante* mercede.

7. Perpauca tantum subst. abstr. verbis, quæ sunt *polliceri, profiteri,* subjiciuntur. Hæc sunt: ars, natura, philosophia, professio, vis: De Or. 1. 6. 21: quamquam *vis* oratoris *professioque* ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videatur; — Tusc. IV. 38. 83: hunc errorem — *philosophia* se extracturam pollicetur; cfr. Tusc. V. 7. 20; — De Or. II. 9. 36: nam si qua est *ars* alia, quæ verborum aut faciendorum aut legendorum profiteatur; — Acad. II. 14. 44: cum ipsa *natura* accuratæ orationis hoc profiteatur; — Tusc. II. 18. 44: talem enim medicinam *philosophia* profitetur.

8. Sequuntur verba *docendi,* quorum

a. docere cum subst. abstr. sæpissime copulatur. Loci sunt: Brut. I. 41. 152: quæ (*ars*) doceret rem universam tribuere in partes; — Her. II. 20. 31: hæc *cognitio* — ab aliis non vitatum commode reprehendere docebit; — Tusc. II. 16. 38: contemnere volnus *consuetudo* docet; — Phil. VII. 2. 6: ejusdem *cura* — docuit non modo salutis — fuisse fautorem; — Cluent. 54. 148: ipsa tamen *lex* nos docet; cfr. De Or. I. 27. 123; Mur. 3. 6. Div. I. 50. 116 aliosque locos; — Div. II. 20. 45: certarum rerum *notatio* docet unde fulmen venerit; — Her. III. 13. 23: demonstratio est *oratio,* quæ docet...; — De Or. II. 77. 311: etsi nihil docent sc. *partes orationis;* — Leg. I. 22. 58: docuit (*philosophia*), ut nosmet ipsos nosceremus; — Tusc. III. 17. 37: *prudentiæ* vero quid respondebis docenti

virtutem sese esse contentam; — Or. 55. 183: quem dimensa *ratio* docuit quid acciderit; sæpius; — Inv. II. 9. 30: *res* ipsa docebit; sæpius; — Fin. I. 14. 46: ipsius fortunæ modice ferre doceat injurias sc. *sapientia;* — Her. IV. 48. 61: *similitudinem*, quæ aut ornare aut docere — possit; — Tusc. III. 22. 54: sed id, quod ratio debuerit, *usus* docet; cfr. De Or. II. 20; Div. II. 53. 109: nonne ipsa *varietas* fortunam esse causam, non naturam docet; — Tull. fr. 11. 43: *verbum* ipsum docet; Leg. II. 13. 33: nisi *vetustas* ea certa esse docuisset; — De Or. II. 50. 204: docuit jam nos longa *vita usus que.*

b. Verba, quæ sunt *erudire*, *præcipere*, *describere*, *circumscribere*, *præscribere*, *definire* his vocibus adjunguntur: definitio, doctrina, eloquentia, invidia, justitia, lex, notatio, oratio, philosophia, ratio, sapientia, sententia, veritas, vis, usus. *Erudire:* Fam. X. 31.3: cujus facti injustissima *invidia* erudire me potuit; — Tusc. II. 14. 34: Cretum quidem *leges* — laboribus erudiunt juventutem; — Tusc. I. 26. 64: ad modestiam magnitudinemque animi erudivit sc. *philosophia;* — — Quint. fr. I. 1. 3: te *usus* ipse profecto erudivit. *Præcipere:* De Or. II. 25. 108: hoc præcipit *ratio* atque *doctrina;* — Rep. III. 15. 24: *justitia* autem præcipit parcere omnibus; — Phil. X. 1. 2: eas præcipit *oratio* tua; — Phil. XIII. 3. 6: si hoc præcipit *(sapientia);* cfr. De Or. III. 13. 48. *Circumscribere:* Her. IV. 32. 43: circuitio est *oratio* rem simplicem adsumpta circumscribens elocutione. *Describere:* Inv. I. 49. 91: mala *definitio* est, cum communia describit; De Or. III. 20. 76: illa vis autem *eloquentiæ* tanta est, ut leges. jura describat; Her. IV. 51. 65: hujusmodi *notationes*, quæ describunt quid consentaneum sit; Rep. II. 39. 66: quod ratio oratioque describeret; — De Or. I. 8. 33: quæ *vis* alia potuit — leges, judicia, jura describere. *Præscribere:* ND. I. 3. 7: quæ *ratio* et *doctrina* præscripserit; — ND. I. 27. 77: si hoc eodem modo homini *natura* præscripsit; sæpius; — Fin. II. 1. 3: *oratio* præscribere primum debet; cfr. Sest. 6. 14; Fam. VI. 1: simus ea mente, quam *ratio* et *veritas* præscribit; Calp. 10. 23; quod *vis* nominis ipsa præscribit. *Definire:* Læl. 16. 58: altera *sententia* est, quæ definit amicitiam paribus officiis.

Ann. Huic loco adjiciamus exempla, quæ leguntur Her. IV. 25. 35: hæc ideo commoda putatur *exornatio*, quod omnem rei cujuspiam vim — proponit; ibid. 26: *transitio* vocatur, quæ — proponit brevi quid consequatur; cfr. ibid. 26. 36.

9. Ad ultimum licet in hunc locum conferre verba *negandi* eorumque similia, quæ sunt *refellere*, *confutare*, *refutare*, *recusare*, *interpellare*, quibus adjunguntur voces: magnitudo (animi), constantia,

eloquentia, fletus, fortitudo, gravitas, libertas, memoria, occupatio, respublica, sapientia, veritas, virtus: Off. III. 26. 99: *magnitudo* animi et *fortitudo* negat; — Tusc. V. 5. 14: negat ei cum dolore et cruciatu quicquam esse commune sc. *sapientia;* — Fam. V. 12. 2: potest enim mihi denegare *occupatio* tua; — De Or. II. 2. 9: nullius *memoria* jam me refellente; — Scaur. 9. 19: quæ potest *eloquentia* disputando ignoti hominis impudentiam confutare; — De Or. III. 1. 4: libidinem tuam *libertas* mea refutabit; — Top. 20. 76: quod genus refutare interdum *veritas* vix potest; — Tusc. V. 5. 13: cum *constantia, gravitas, fortitudo,* reliquæque *virtutes* — nullum recusent nec supplicium nec dolorem; — Fam. I. 9. 12: vehementer etiam *respublica* me movit, quæ mihi videbatur — ne fieret vehementer recusare; — Att. XII. 15: eum tamen interpellat *fletus.*

V.

Verba affectuum.

Etsi nonnulla ex his verbis ad verba transitiva, quæ actionem significant, referri non possunt, tamen animi agitationem significant, quam ob rem ejusmodi quoque verba afferre non dubitavi.

1. Ac primum quidem ea, quæ *lætitiæ* vel *doloris* habent notionem, in medium proferemus, quæ, quum perpauca sint, enumerare necesse non est, sed ad ipsos locos satis habeo legentes rejicere: Phil. V. 13. 35: quamquam in memoria gratorum civium tamquam in luce posita lætetur sc. *virtus;* — Div. I. 29. 60: exsultare eam (partem *animi)* in somno immoderateque jactare; — Sest. 44. 95: *furorem* ejus exsultantem reprimere; — Att. I. 16. 7: exsultat *improbitas* in victoria; — Tusc. IV. 31. 66: exsultans gestiensque *lætitia;* cfr. Tusc. V. 6. 16; — Cat. II. 2. 3: in quo exsultat et triumphat *oratio* mea; cfr. Acad. II. 35. 112; Fin. I. 16. 54; — Tusc. IV. 6. 12: *lætitia* ut adepta jam aliquid concupitum, efferatur et gestiat; — ibid. 9. 20: jactatio est *voluptas* gestiens et efferens insolentius (sæpius); — Sest. 69. 145: lugenti *patriæ;* — Calp. 8. 17: cum videres mærere *rempuhlicam;* — Rep. II. 41 (fragm.): *anxietudo* prona ad luctum et mærens semperque ipsa se sollicitans.

Ann. Huic generi subjicere liceat Cat. I. 1: quem ad finem sese effrenata jactabit *audacia;* — Fin. I. 10. 36: in quo enim maxime consuevit jactare vestra se *oratio;* — ibid. 13. 44: nec eæ *(cupiditates)* se foris solum jactant; — Tusc. IV. 10. 24: jactantibus se

opinionibus inconstanter. Eodem refero Tusc. V. 19. 54: neque eam *(sapientiam)* umquam sui poenitet.

2. Deinde ea, quæ *metum* vel *horrorem* significant, verba afferantur hisce locis: Att. XIV. 13. B.: non quo *dignitas* mea ullam contentionem extimescat; — Cæcil. 10. 31: qualis erit tua ista *accusatio*, quæ — non modo suspitionem, verum etiam mentionem pertimescat; — Or. 3. 13: nec paucorum judicium reprehensionemque pertimuit sc. *eloquentia;* — Sest. 64. 134: tanta *licentia*, tanta legum *contemptio* nonne, quem habitura sit exitum, pertimescit; — Cat. I. 7. 17: nunc te *patria* — metuit; — Sest. 31. 68: cujus in mea causa numquam *fides virtusque* contremuit; — Phil. II. 26. 64: quod omnium fugisset et reformidasset *audacia.*

Ann. Huic loco subjungendum videtur *abhorre*, si propriam ejus significationem respicimus, quæ tamen in exemplis, quæ sequuntur, est obscurata: Fin. III. 2. 4: *agricultura*, quæ abhorret ab omni politiore elegantia: — Opt. Gen. Or. 7. 20: *causa* ipsa abhorret illa quidem a formula; — Verr. III. 20. 52: cum hujusce judicii *discrimen* ab opinione tua non abhorreret; — Cluent. 60. 167: ab eo *facinus* non abhorreret videatur; — De Or. III. 53. 202: *illusio* a præceptio Cæsaris non abhorrens; Alia subst. abstr., huic verbo conjuncta, sunt opinio Scaur. 6. 9; oratio De Or. I. 18. 83; otium Sest. 45. 98; res Scaur. 16. 33; temeritas Sex. Rosc. 24. 68; tempus Arch. 1; verbum Planc. 32. 78; virtus Læl. 14. 50; voluntas Fam. II. 18.

3. Tum adjungamus tres locos, quorum verba *amoris* et *odii* habent notionem: Rep. III. 8. 12: quæ *(virtus)* omnes magis quam sepse diligit; — Læl. 26. 98: omnino est amans sui *virtus;* — Cat. I. 7. 17: nunc te *patria* — odit ac metuit.

VI.

Verba capiendi.

Omnia fere, quæ a nobis supra tractata sunt, verba primariam eam vim et potestatem habebant, ut animi actionem significarent, quamquam hæc significatio nonnumquam plus minusve erat obscurata; quæ autem a nobis infra tractabuntur, ea non proprie animi actionem significant, etsi translata notione eam possunt significare. Quod vero jam supra monui, notionem actionis iis locis, in quibus subjecta rei inveniuntur, obscuriorem esse, id in his verbis latius patet, ut sæpissime hanc notionem tueri non possint. Quam ob rem in exemplis exscribendis, ea in primis afferam, in quibus notio actio-

nis clarius elucet, tum alia quoque, in quibus eadem involuta latet, adduntur. Ex his quoque apparet ipsa vocabula, quæ cum unoquoque verbo conjunguntur, quum exempla infra sunt exscripta, enumerare non attinere, id quod supra feci in iis verbis, quæ unum in locum collata erant et quorum omnia, quæ quidem invenissem, subjecta rei, erant allata; neque enim in hisce verbis tantum quæritur, quæ et qualia substantiva iis adjungantur, sed quomodo subst. cum verbo conjungatur et quæ sententia enunciato sit subjicienda, quam ob rem ipsos locos adire semper necesse erit. Sunt tamen loci, quorum subjecta, quum propter obscuratam actionis significationem exempla ipsa exscribenda non videantur, satis erit annotare. Jam vero quæ subjecta rei sæpissime cum his verbis conjuncta inveniantur, si quæritur, omne genus eorum tam promiscue usurpatur, ut singula quædam ante alia proferri vix possint, nisi quod *patria* et *respublica* aliaque, quæ p. 12 allata sunt, substantiva sæpe inveniuntur. Præterea si de hac re aliquid commemorandum videtur, suo loco licet commemorare. His de omnibus verborum generibus, quæ sequuntur, præmissis, ad verba capiendi transeamus. In hoc verborum genere ponenda existimavi præter verba capiendi (proprio sensu) verba assumendi, adipiscendi, sim, verba rapiendi, auferendi, sim.

1. Primum igitur verba *capiendi* (proprio sensu) proponam, quæ sunt *capere, captare, accipere, excipere, recipere, reciperare, suscipere.* Hæc exempla proferamus. *Capere:* Cat. M. 18. 62: honeste acta superior *ætas* fructus capit auctoritatis extremos; — Fin. II. 24. 78: nisi te *amor* ipse ceperit; — Phil. III. 4. 9: nos post reges exactos servitutis *oblivio* ceperat; cfr. Mil. 36. 99; Off. I. 8. 26; — De Or. II. 44. 187: adversantem et repugnantem ut imperator fortis ac bonus capere possit sc. *oratio;* cfr. Fam. V. 12; — Phil. V. 12. 34: ne quid respublica detrimenti capiat. *Captare:* Inv. I. 55. 106: conquestio est oratio auditorum misericordiam captans; cfr. ibid. 31. 51; Inv. II. 52. 157. *Accipere:* Dom. 28. 75: me *patria* sic accepit; Ep. ad Brut. I. 18. 3: cum me pro adulescentulo ac pæne puero *respublica* accepisset vadem; Sest. 36. 78 et sæpius; — Fin. IV. 13. 34: non enim ipsa *(sapientia)* genuit hominem, sed accepit a natura inchoatum. *Excipere:* Dom. 25. 64: omnem enim vim omnium sceleratorum *accerbitas* mei casus exceperat; — Br. 92. 318: interim me quæstorem Siciliensis excepit *annus;* cfr. Cat. M. 6. 19; — Ep. ad Brut. II. 5. 2: timeo ne illum aliquorum *furor* excipiat; — Sest. 68. 143: vitam ejus et virtutem *immortalitas* excepisse dicatur; — Div. I. 7. 12: excipiente *memoria;* — De Or. II. 44. 187: inclinantem excipere sc. potest *oratio.* Ad has varias hujus verbi significationes

accedit ea, quæ his locis invenitur, ubi *lex* huic verbo adjungitur: Inv. II. 47. 140: atqui lex nusquam excepit; Agr. I. 4. 10: excipit enim *(lex)* in vectigali imponendo agrum Recentiorcum; cfr. ibid. II. 8. 21; Quint. fr. I. 1. 9. *Recipere:* Ep. ad Brut. I. 16. 6: valde care æstimas tot annos, quot ista *ætas* recipit; — Or. 57. 194: quo libentius eum recepit *oratio;* — Phil. XIII. 4. 9: qua pace Cn. Pompeji filium *respublica* — complexu recipiet; — Rep. III. 11. 18: nec inconstantiam *virtus* recipit. *Reciperare:* Fam. XII. 2. 3: *res* tamen *publica* per vos brevi tempore jus suum reciperabit; — Fam. I. 9. 16: cum Metellum unius tribuni pl. *rogatio*, me universa respublica — suis viribus reciperavisset; cfr. Phil. II. 44. 113. *Suscipere:* ND. II. 24. 62: suscepit autem *vita* hominis, *consuetudoque* communis, ut . . .; — Inv. I. 3. 4: quibus rebus tantum odii atque invidæ suscepit *eloquentia;* — Font. 14. 32: hoc vestræ *mentes* tam castæ, tam integræ sibi suscipient; — De Or. III. 17. 63: ea *philosophia*, quæ suscepit patrocinium voluptatis; — Acad. II. 8. 24: quomodo suscipere aliquam rem — audebit *(sapientia);* — Paradox. V. 2. 39: hereditatis *spes* quid iniquitatis in serviendo non suscipit.

Ann. His verbis finitimum est *occupare*, quod non raro cum subst. abstr. conjungitur: Cat. IV. 3. 6: multas jam provincias occupavit (malum). Alia subjecta sunt ardor Fam. XI. 8. 2; calamitas Lig. 6. 17; desperatio Att. XI. 6. 4; laus Mur. 5. 12; ratio Tusc. II. 27. 66; superstitio Div. II. 72. 148; timor Rep. I. 16. 25. Cfr. præt. De Or. II. 7. 30: sæpe errores aucupatur (eloquentia).

2. Deinde nonnullos locos conferam, in quibus *assumere*, *asciscere*, *assequi*, *consequi*, *adipisci* cum subst. abstr. conjunguntur: Inv. I. 11. 15: foris autem aliquid defensionis assumit sc. *constitutio.* — Timæus, 14: cum speculorum *levitas* hinc illinc altitudinem assumpsit; — ND. II. 3. 7: quos tamen augures ne ipsæ quidem *fabulæ* asciverunt; — Div. I. 7. 12: nihil est autem quod non *longinquitas* temporum — efficere atque assequi possit; — Fam. IV. 13: talium virorum tanta studia assequi sola *virtus* potest; cfr. Tusc. V. 10. 29; — Sex. Rosc. 45. 131: quod divina *vis* assequi non potest; — Leg. III. 1: cujus et *vita* et *oratio* consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate; — Her. III. 14. 25: vim volubilem orationis *vociferatio* consequi possit; — Her. IV. 11. 16: illiberalis est *sermo*, non enim est adeptus id, quod; — Tusc. V. 18. 54: adepta est quod concupivit *(stultitia);* — Tusc. IV. 15. 35: si quando adepta erit, quod ei fuerit concupitum *(impotentia).*

Ann. 1. Ejusdem generis esse videntur exempla, quæ sequuntur: Tusc. II. 18. 43: quoniam a viris virtus nomen est *mutuata;* — De Or. II. 56. 229: ne quid jocus de gravitate *decerperet.*

Ann. 2. Huic generi subjiciamus verba, quæ sunt *amplecti, complecti:* Her. III. 19. 32: *cogitatio* enim quamvis regionem potest amplecti; — Cat. IV. 2. 3: quem mihi videtur amplecti *respublica* tamquam obsidem consulatus mei; cfr. Her. IV. 26. 36 definitio; Inv. I. 28. 42 genus; — Off. I. 44. 156: *eloquentia* complectitur eos, quibuscum communitate conjuncti summus; — Fin. V. 3. 8: cujus *oratio* — videatur Antiochi complexa esse sententiam; — Flacc. 2. 5: quem (Flaccum) — *patria* propter recentem summi beneficii memoriam complexa teneat; — Off. I. 17. 57: omnium caritates *patria* una complexa est; — Tusc. II. 4. 11: tum valet multum, cum est idoneam complexa naturam *(philosophia)*. Præterea conferri possunt De Or. III. 14. 55 vis; Top. 5. 28 definitio; Fin. III. 15. 50 virtus; Tusc. III. 8. 17 frugalitas, quibus locis *complecti* idem fere est quod *contineri*.

3. Restant verba *rapiendi* et similia, quæ sunt *abripere, eripere, præripere, auferre, adimere, privare, spoliare*, ex quibus sæpissime subst. abstracta subjiciuntur *eripere* et *auferre*. *Rapere:* Inv. II. 11. 36: quæ *(causa)* homines audaces in fraudem rapere soleat; — Fam. V. 12. 1: neque enim me solum *commemoratio* posteritatis ad spem quandam rapit; — Cat. I. 10. 25: quo jam pridem ista tua *cupiditas* effrenata ac furiosa rapiebat; — Sest. 3. 7: reipublicæ *dignitas*, quæ me ad sese rapit; — Phil. VI. 2. 4: semper eo tractus est, quo *libido* rapuit, quo *levitas*, quo *furor*, quo *vinolentia;* — Off. I. 28. 101: quæ (*pars* animi) hominem huc et illuc rapit; — Fin. III. 5. 19: ipsæ *res* verba rapiunt; cfr. Off. II. 10. 37; — Off. I. 3. 9: cum enim *utilitas* ad se rapere — videtur. *Abripere:* De Or. III. 36. 145: repente te quasi quidam *æstus* ingenii procul a terra abripuit. *Eripere:* De Or. III. 5. 19: cum *auctoritas* atque *amicitia* vestra, tum Antonii *facilitas* eripuit mihi in optima mea causa libertatem recusandi; — Cluent. 26. 70: si quis eum forte *casus* ex periculo eripuerit; cfr. Fam. III. 5; Fam, XV. 12; — Off. I. 20. 68: eripit enim libertatem (*cupiditas* gloriæ); — Dom. 44. 115: *discessus* isti causam cædis eripuit; — Verr. II. 8. 24: nonne te mihi testem in hoc crimine eripuit non istius *innocentia*, sed legis *exceptio;* — Post. Red. II. 8. 19: mihi quod potuit *vis*, *injuria* et scceleratorum hominum *furor* detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit; — Sulla, 26. 73: (hæc) una eripuit *hora;* — Verr. III. 36. 83: ex horum severitate te ulla vis eripiet aut ulla *largitio;* cfr. Verr. V. 67. 173; — Rab. 4. 12: Porcia *lex* libertatem civium lictori eripuit; — Cluent. 61. 171: quid ei tandem eripuit *mors;* cfr. Fam. IV. 13; — Top. 22. 86: *(oratio)* metum eripiens; — Fam. IV. 13: consue-

tudinem earum epistolarum — *tempus* eripuerat; cfr. Quint. fr. III. 6. 4; — Off. III. 20. 82: si boni viri nomen eripuerit *(utilitas)*. *Præripere:* Calp. 26. 62: neuter triumphavit, quod alteri illum honorem collega, alteri *mors* præripuit. *Auferre:* Læl. 3. 12: moriundi autem sensum *celeritas* abstulit; — Cluent. 4. 10: *damnatio* omne ignomiuiæ periculum jam abstulerit; — Or. 62. 209: detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris sc. *genus* orationis; — Leg. I. 4. 12: dicendi cogitationem auferat sc. juris *interpretatio;* — Fam. III. 9. 2: *judicatio* et *mora* si quem tibi item unum alterumve diem abstulerit; — Phil. IX. 3. 5: quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa *legatio;* — Leg. III. 15. 34: omnen auctoritatem optimatium tabellariam *legem* abstulisse; — Cat. M. 19. 71: sic vitam adolescentibus *vis* aufert, senibus *maturitas;* — Tusc. I. 41. 97: sensus omnino omnes *mors* auferat; — Tusc. I. 39. 94: quam (prudentiam) ut cetera aufert, certe adfert *senectus;* cfr. Cat. M. 12. 39; — Læl. 23. 87: cui non auferret fructum voluptatum omnium *solitudo;* — Fin. V. 19. 54: aufert enim sensus *(somnus)*, *Adimere:* Sex. Rosc. 53. 154: hominibus lenissimis ademit misericordiam *(crudelitas);* — Tusc. V. 38. 112: etenim si *nox* non adimit vitam beatam, cur *dies* — adimat; — Att. III. 7. 3: nisi mihi *dolor* meus — hujus generis facultatem ademisset; — Planc. 42. 101: sin vitam mihi *fors* ademisset; — Inv. II. 149: hinc certa *lex*, quæ testamenti faciendi eis adimat potestatem; — Sest. 3. 6: ademit Albino soceri nomen *mors* filiæ; — Inv. I. 18. 25: quæ *(suspitio)* maxime orationi fidem, oratori adimat auctoritatem. *Privare:* Acad. II. 19. 61: quæ *(philosophia)* — spoliat nos judicio, privat approbationi omni; — Mur. 41. 89: quem nova *poena* legis — conspectu privat. *Spoliare* Tusc. IV. 10. 23: pravarum opinionum *conturbatio* — sanitate spoliat animum; — ND. I. 37. 102: hæc *oratio* — deos spoliat motu.

Ann. Eandem significationem habet *exhaurire*, quod nonnumquam cum subst. abstr. conjungitur: vide Hæggström p. 25.

VII.

Verba dandi.

In hoc genus omnia congessimus verba, quibus notio dandi subesse videtur, quam ob rem non solum verba dandi (proprio sensu), tribuendi sim., sed etiam ea verba, quibus ablativus copiæ, qui vocatur, subjici solet, in hoc loco collocavimus. Verumtamen

confitendum est notionem actionis, quæ in his verbis proprie inest, plurimis locis, in quibus cum subst. abstr. conjunguntur, obscuriorem esse.

1. Ut igitur a verbis *dandi* proprio sensu initium sumamus, quæ sunt *dare*, *edere*, *reddere*, *tradere*, ex iis verbum, quod est *dare*, subst. abstr. persæpe adjunctum invenimus, cetera pauca tantum exempla præbent, in quibus cum ejusmodi vocibus conjunguntur. *Dare:* Cæl. 4. 9: *ætas* M. Cælii dare potuit isti suspitione locum; — De Or. III. 2. 7: qui autem *annus* ei primus — aditum omnium concessu ad summam auctoritatem dabat; cfr. Sest. 69. 144; — Quint. fr. I. 1. 15: quonjam mihi *casus* urbanam in magistratibus administrationem reipublicæ, tibi provincialem dedit; — Inv. II. 22. 68: quid ipsa *causa* det; sæpius; — Fam. VI. 7. 6: sed utrique rei excusationem tuæ vitæ *consuetudo* dat; cfr. Or. 46. 155: an dabat hanc licentiam consuetudo; — Brut. 76. 263: ea *(disciplina)* dat rationes et præcepta dicendi; — Att. IV. 2. 2: *dolor* et rei *magnitudo* vim quandam nobis dicendi dedit; — De Or. II. 87. 358: quam facultatem *exercitatio* dabit; — Rep. I. 9. 14: dabant enim hæ *feriæ* tibi opportunam sane facultatem; — Cat. M. 13. 44: tantum licentiæ dabat *gloria;* — Cæl. 20. 50: *impudentia* ei sui defendendi facultatem dabit; — Parad. IV. 1. 29: reditum mihi gloriosum *injuria* tua dedit; — Verr. 9. 25: quod mihi *lex* mea causa dedit; cfr. Planc. 18. 45 et sæpius; — Lig. 8. 23: vide quid licentiæ nobis tua *liberalitas* det; — Phil. XI. 8. 20: imperium C. Cæsari belli *necessitas,* fasces senatus dedit; — Her. I. 2: ars est *præceptio,* quæ dat certam viam rationemque dicendi; — Att. XIV. 17. 7: ut *res* ipsa maturitatem tibi animadvertendi omnium concessu daret; cfr. Part. Or. 8. 30: Sex. Rosc. 34. 97 et sæpius; — Quint. fr. I. 3. 11: quos tibi — adjutores negotiorum publicorum dedit ipsa *respublica;* — Fin. V. 3. 8: dat enim id nobis *solitudo;* — Mil. 16. 44: quos mihi divina quædam *sors* dedit; — Fam. V. 18: plus tibi tua *virtus* dedit. *Edere:* Sest. 27. 58: quod (scelus) in me illorum *immanitas* edidit. *Reddere:* Fam. III. 9: *aspectus* urbis tibi tuam pristinam urbanitatem reddidit. *Tradere:* Cat. M. 9. 29: libidinosa et intemperans *adolescentia* effectum corpus tradit senectuti; — Acad. II. 28. 92: quæ *(ars)* primo progressa festiva tradit elementa loquendi; — De Or. III. 13. 48: quæ (præcepta) puerilis *doctrina* tradit; — Div. I. 53. 121: qualia permulta *historia* tradidit; — Verr. III. 8. 20: quæ *lex* omnibus custodiis subjectum oratorem decumano tradidit; — ib. 35. 81: cui *respublica* se totam traderet; — Fin. II. 19. 62: perficiam illud quidem, ut se virtuti tradat constringendam *voluptas.*

Ann. Cfr. Mur. 18. 37: munus amplissimum, quod petitio præturæ desiderabat, *prætura* restituit.

2. Deinde afferantur verba, quæ sunt *tribuere*, *attribuere*, *præbere*, *præstare*, *suppeditare* eorumque similia. Non multa, quæ quidem commemoratione digna viderentur, exempla invenimus. *Tribuere:* Fin. V. 23. 65: quæ *affectio* animi suum cuique tribuens; — De Or. I. 1. 3: quantum mihi vel *fraus* inimicorum vel *causæ* amicorum vel *respublica* tribuet otii; — ND. III. 15. 38: nam *justitia*, quæ suum cuique tribuit; — Fam. II. 19: quam (necessitudinem) nobis *sors* tribuisset. *Attribuere:* Sex. Rosc. 4. 9: timor quem mihi natura *pudorque* meus attribuit et vestra *dignitas*. *Præbere:* Brut. 11. 43: illa *mors* vulgaris nullam præbebat materiem ad ornandum; — Fin. I. 13. 43: certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem sc. *sapientia;* — Arch. 7. 16: adversis perfugium ac solacium præbent *(studia);* — Verr. V. 52. 137: ætati maxime lubricæ atque incertæ exempla nequitiæ parentis *vita* præberet. *Præstare:* De Or. II. 9. 38: omnes *artes* aliæ suum munus præstare possunt; — Fin. V. 5. 12: non possit beatam vitam præstare *sapientia;* — Or. Post. Red. II. 4. 9: quod mea *virtus* præstare debuit; cfr. Fam. XII. 23. *Suppeditare:* Or. 38. 131: *accusatio* suppeditabit exempla; — Fam. V. 12. 4: multam enim *casus* nostri varietatem tibi in scribendo suppeditabunt; — Or. 4. 16: cujus *cognitio* magnam orationis suppeditat copiam; — Rep. I. 4. 8: tutum perfugium otio nostro suppeditaret sc. *patria;* — Off. II. 12. 42: quæ *(ratio)* perpetuos sumptus suppeditet; — Off. III. 33. 118: *scientiam* suppeditantem voluptates. *Largiri:* Leg. III. 12. 30: tempus vero largitur *longitudo* diei; — Phil. II. 17. 43: quam facultatem mihi multitudo istius *vitiorum peccatorumque* largitur; — Pet. Cons. 3. 12: quæ natura et *studia* largiuntur. *Impertire:* Agr. II. 2. 5: multæ et graves *cogitationes*, quæ mihi nullam partem neque nocturnæ neque diurnæ quietis impertiunt.

3. Ut supra diximus, ad hoc verborum genus putamus referenda verba, quæ sunt *augere*, *locupletare*, *afficere*, *imbuere* et quæ sunt similia. Atque ex his verbis *augere* plurimis, cetera paucis inveniuntur locis cum subst. abstr. conjuncta. Hæc exempla licet afferre. *Augere:* Dom. 45. 117: tamen auget et *ætas* et *honos* dignitatem; — Brut. 61. 220: possunt augere et quasi alere id bonum *(orationes);* — Cat. M. 14. 46: habeo *senectuti* magnam gratiam, quæ mihi sermonis aviditatem auxit; cfr. Fam. XIII. 29: amor; Her. III. 16. 28: ars; Leg. II. 26. 65: concursus; Læl. 9. 30: consuetudo; Her. III. 11. 20: cura; Prov. Cons. 12. 29: dies; Off. I. 37. 133: exercitatio;

Mur. 15. 33: res. *Locupletare:* Post. 17. 45: cujus multos *bonitas* locupletavit; — Agr. II. 26. 68: hæc *lex* eos homines fortunis locupletat. *Afficere:* Fin. V. 24. 70: quem Tiberina *descensio* festo illo die tanto gaudio affecit; — Fam. XIII. 1: *injuria,* quam accepisti, dolore me afficeret; — Inv. II. 50. 149: quæ *(leges)* hunc ipsum supplicio hujusmodi afficiunt; — Rep. I. 44. 68: sic hunc nimis liberum populum *libertas* ipsa servitute afficit. Sex. Rosc. 24. 67: suum quemque *scelus* amentia afficit. *Imbuere:* Tusc. I. 13. 30: cujus mentem non imbuerit deorum *opinio. Armare:* Mur. 23. 46: tota illa *lex* accusationem tuam — fortasse armasset; — Phil. XIII. 16. 32: si omnibus suis copiis excellentem virum *respublica* armasset; cfr. Fam. XII. 23.

Ann. 1. Nescio an huc possint referri exempla, quæ sequuntur: Tusc. I. 3. 4: *honos* alit artes; — Arch. 7. 16: hæc *studia* adolescentiam alunt; cfr. Brut. 61. 220 (oratio); — Mil. 2. 3: quos P. Clodii *furor* rapinis pavit; — Rep. II. 1: cujus me umquam satiare potuit *oratio.*

Ann. 2. Huic quoque generi subjiciamus *adjuvare,* quod verbum, si primariam ejus significationem respicimus, ad hæc verba quodammodo pertinere videtur, quamquam, ubi subst. abstr. adjungitur, eam sæpissime non solet retinere, sed idem fere est quod *prodesse:* Fin. IV. 7. 16: quæ *(artes)* naturam adjuvarent; — Verr. II. 40. 98: qui Sthenii causam *casus* adjuverit; — Fin. I. 21. 71: quæ *(eruditio)* beatæ vitæ disciplinam juvaret; — Fam. II. 15 multum in eo tua nos *humanitas* adjuvabit; — Or. 4. 14: sic adjuvet *(philosophia)* ut palæstra histrionem; — Fam. I. 9: quæ *(respub.)* te in me restituendo multum adjuvisset. Præterea conferantur Balb, 7. 18: æquitas; Quinct. 24, 75: auctoritas; De Or. I. 59. 252: gestus; Verr. I. 33. 83: judicium; Cluent. 44. 125: voluntas — opinio; De Or. I. 56. 239: scientia; Planc. 9. 23: vicinitas.

VIII.

Verba ducendi.

Hoc loco collocanda existimavi transitiva verba, quæ *motus* habent significationem; quam ob rem verba ducendi (proprio sensu), ferendi, pellendi, trahendi, amovendi, jungendi, ponendi huc licet conferre. Hanc motus significationem haud raro solent retinere, quum subst. abstr. conjuncta sunt, quo fit, ut actionis quoque notio iis locis magis appareat.

1. Primo igitur loco ponimus verba *ducendi*, quæ sunt *ducere, abducere, adducere, deducere, inducere, obducere, perducere, producere, reducere, traducere.* Non pauca inveniuntur exempla, quæ commemoratione digna sunt, præsertim quum in hisce verbis usus subject. rei paulo liberior quam in nostra lingua esse videatur, id quod aliis quoque locis animadverti potest. *Ducere:* Planc. 22. 53: an te illa *argumenta* duxerunt; — Fam. IX. 2. 4: quo me *conjectura* ducat; Sex. Rosc. 30. 83: venio nunc eo, quo me non *cupiditas* ducit, sed *fides;* — Inv. II. 52. 157: sua vi et dignitate nos illectos ducit sc. bona *existimatio;* — Off. III. 23. 89: alio resfamiliaris alio ducit *humanitas;* — Scaur. 13. 30: quod si te *omen* nominis forte duxit; ND. III. 1. 5: quam ob rem sic agamus ut nos ipsa ducet *oratio;* cfr. Tusc. II. 18. 42; — Fam. X. 16: quocumque te *ratio* reipublicæ ducet; cfr. Inv. I. 1; Att. I. 17. 5; — ND. I. 42. 118: eos ad officium *religio* duceret; Att. VIII. 16. 1: non me igitur is ducit: sed *sermo* hominum. *Abducere:* Leg. I. 17. 47: sensus nostros non parens — non multitudinis *consensus* abducit a vero; — Rep. V. 2. 3: ut eos nulla privati negotii *cura* a populorum rebus abduceret; — — Fam. V. 1. 2: me interea nec domesticus *dolor,* nec cujusquam *injuria* ab republica abduceret; — Fam. X. 26. 2: te — præpropera *festinatio* abducet a tantis laudibus; — Tusc. I. 34. 83: a malis igitur *mors* abducit; — Fam. XII. 23. 4: *philosophiæ* magnam habeam gratiam, quæ me — ab sollicitudine abducit; — Fam. IV. 3. 4: quæ (*res*) animum a sollicitudine abducerent. — Sex. Rosc. 31. 86: num quærenda est *causa,* quæ te ad tantum facinus adduxerit; — Part. Or. 30. 104: *contentio* adducit in angustam disceptationem; — Her. III. 13. 24: cohortatio est *oratio,* quæ — auditorem ad iracundiam adducit; — Att. XII. 23. 1: si qua me *res* isto adduxerit; — Mur. 37. 78: at enim te ad accusandum *respublica* adduxit; — Fam. XV. 15. 1: *sermo* familiaris meus — adduxit utrumque nostrum ad consilium. *Deducere:* Planc. 3. 6: ad quam (contentionem) me *causa* ipsa deducit; — Quint. fr. I. 1. 13: quonjam in eam rationem vitæ nos non tam *cupiditas* quædam gloriæ, quam *res* ipsa et fortuna deduxit; — Sulla, 32. 90: honoris enim *contentio* vos ad causam, non *inimicitiæ* deduxerunt; — Leg. II. 18. 46: quod ad cumque legis genus me *(disputatio)* nostra deduxerit: — Act. in Verr. 9. 25: cujus *divitiæ* me de fide deducere non potuissent; Cat. M. 19. 66: si aliquo eum deducit *(mors);* — ND. III. 17. 43: me in hunc locum deduxit *oratio;* — Cat. II. 13. 28: si *vis* manifestæ audaciæ, si impendens patriæ *periculum* me necessario de hac animi lenitate *deduxerit;* — De Or. I. 8. 33: quæ *vis* alia potuit — a fera agre-

stique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere. *Inducere:* Fam. XV. 15. 2: *annus* alios induxit, ut...; Calp. 29. 71: sed eum *casus* in hanc consuetudinem scribendi induxit; — Her. II. 2: *causa* est ea, quæ inducit ad maleficium; — ND. II. 17. 45: ea *difficultas* induxit imperitos, ut...; — Rab. 8. 23: induxerat eum L. Saturnini *familiaritas*, ut...; — Her. III. 13. 23: amplificatio est *oratio* quæ — in iracundiam inducit; — Off. II. 15. 53: quæ te — *ratio* in istam spem induxit; — Fin. II. 19. 62: te ipsum *voluptasne* induxit; *Obducere* in loquendi formula *callum obducere:* Tusc. III. 22. 53: quorum animis diuturna *cogitatio* callum vetustatis obduxerat; — Fam. IX. 2. 3: *consuetudo* diuturna callum jam obduxit stomacho meo; — Tusc. II. 15. 36: ipse *labor* quasi callum quoddam obducit labori. *Perducere:* Tusc. IV. 23. 52: nam Ajacem quidem *ira* ad furorem mortemque perduxit; — Her. III. 13. 24: conquestio est *oratio*, quæ — animum auditoris ad misericordiam perducit; — Inv. II. 54. 162: quod in morem *vetustas* — perduxit. *Producere:* Quinct. 31. 99: quæ *existimatio* P. Quinctium usque ad senectutem produxit. — *Reducere:* Post. 8. 19: quocum me si ante Cn. Pompeji *auctoritas* in gratiam non reduxisset, nunc jam ipsius *fortuna* reduceret; — Verr. II. 40. 98: ne tum quidem te potuit si non pietatis, at salutis tuæ *ratio* ad officium sanitatemqne reducere; — Post. Red. II. 8. 18: me in civitatem *respublica* ipsa reduxit, *Traducere:* Tusc. V. 3. 8: nisi cælestium divina *cognitio* nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset; — Fin. III. 12. 40: ad aliud nos unum certum vitium *consuetudo* Latina traduceret; — Prov. Cons. 9. 22: quas (amicitias) reipublicæ *utilitas dignitasque* ipsorum ad amicitiam consuetudinemque traduxit; — Her. IV. 45. 59: similitudo est *oratio* traducens ad rem quampiam aliquid...; — Fam. I. 5. a: Catonis *promulgatio*, quæ — animos a minore cura ad summum timorem traduceret.

Ann. Eodem refero Rep. I. 44. 68: ipsos principes aliqua pravitas de via deflexit.

2. Sequuntur verba *ferendi*, quæ sunt *ferre, afferre, deferre, efferre, inferre, offerre, perferre, transferre.* Hæc verba ubi motus significationem aut non habent aut valde obscuratam, cum subst. abstr. sæpissime conjungi et supra sub verbis voluntatis jam vidimus, ubi complura a nobis allata sunt exempla, quæ patiendi habent significationem, et infra in verbo afferendi licet videre; ea autem exempla, in quibus notio motus apertior est, perpauca sunt. *Ferre:* Sulla. 1: sed quonjam ita tulit casus infestus, ut... *Afferre:* ex uberrima locorum copia nonnullos satis erit proferre: Phil. V. 17. 47: leges

annales — multos post annos attulit *ambitio;* — De Or. II. 4. 15: quæcumque vos *causa* huc attulisset; Pomp. 9. 25: eam (calamitatem) ad aures imperatoris *rumor* afferret; — Pomp. 12. 33: unius hominis *virtus* — lucem afferre reipublicæ potuit; cfr. Mur. 1. 9: assiduitas; Inv. I. 1: copia (dicendi); ib. III. 61: cursus; Marc. 1: dies; Her. IV. 20: exercitatio; Fam. VIII. 12: fama; Tusc. IV. 22. ingressio; Sex. Rosc. 5: mors; Sulla, 29: nomen; Or. 56: numerus; Inv. II. 22: opinio; Brut. 90: oratio; Verr. II. 60 prætura; Or. 34: prolatio; Mur. 1: res; De Or. III. 11: ratio; Inv. II. 53: religio; Phil. II. 8: vigiliæ. *Deferre:* 31. 74: vellum alio potius eum *cupiditas* gloriæ detulisset; Att. VII. 7. 4: si hoc *respublica* ad Pompejum defert. *Efferre:* Sulla, 9. 27: *res* enim gestæ meæ me nimis extulerunt, cfr. Fam. II. 10. *Inferre:* Cluent. 35. 95: quantum periculi unicuique nostrum potuit inferre *vis* tribunicia. *Offerre:* Verr. IV. 43. 95: telum, quod *fors* offerebat. *Perferre:* Pomp. 14. 40 non enim illum eximia *vis* remigum aut *ars* inaudita quædam gnbernandi — in ultimas terras pertulerunt; — Fam. II. 8: perferret multa etiam ipse *rumor.* *Transferre:* Rep. I. 34. 52: *difficultas* ineundi rem a rege ad plures, *error* et *temeritas* populorum a multitudine ad paucos transtulit.

Ann, 1. His verbis finitima sunt *tollere*, *extollere:* Tusc. IV. 22. 50: Herculem, quem in cælum — sustulit *fortitudo;* — Rep. I. 16. 25: (Romulum) *virtus* in cælum dicitur sustulisse. Per hanc occasionem commemorandum est *tollere* i. q. evertere, delere sæpe cum subst. abstr. conjunctum inveniri: Cat. II. 5. 11: quos si meus *consulatus* sustulerit; Scaur. 17. 38: fidem primum ipsa tollit *consensio.* Phil. XIV. 8. 23: eos enim cives pugna illa sustulerat; cfr. Læl. 13: angor; Fin. II. 24: ars; Scaur. 19: propinquitas et celebritas; Tusc. I. 12: mors; Phil. V. 1: oratio; Cæl. 24: scelus; Fam. VII. 1: spectatio; Phil. XII. 6: vetustas; Post. Red. I. 8: vis; — Planc. 13. 33: libertas, quæ malis oppressa civilibus extollere jam caput et — se erigere debebat; — Fam. VI. 12. 1: ut nulla *res* te ad æquitatem possit postea extollere; — Dom. 45. 119: quem perculsum ipsa *respublica* suis manibus extolleret; — Fin. V. 14. 39: *ars* agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculet.

Ann. 2. Verba *vertendi* huc liceat conferre, quæ subst. abstr. adjuncta sensu translato ponuntur: Att. IX. 10. 2: *deformitas* avertit ab amore, cfr. Mur. 21. 43; Inv. I. 2. 3: ut homines a consuetudine subito converteret (dicendi *sapientia*); Planc. 38. 93: ad quam (partem) nos illius *utilitas salusque* converterit; cfr. Rep. VI. 12. 12; Brut. 67. 238: hujus si *vita*, si *mores*, si *vultus* denique non omnem

commendationem ingenii *everteret;* Verr. III. 18. 47: aratores jam superior *annus* funditus everterat; cfr. Cæl. 12. 28; Fin. I. 13. 43; II. 25. 80; — Rep. II. 4. 7: nec vero ulla *res* magis — Corinthum pervertit aliquando quam hic *error* ac *dissipatio* civium; — Off. I. 2. 5: *disciplinæ*, quæ — officium omne pervertunt; — Inv. I. 3: *malitia* urbes et vitas hominum labefactare assuevit. Aliis quoque locis *labefactare* conjungitur cum subst. abstractis, quæ sunt cupiditas Cæl. 12; disputatio Div. I. 5; injuria — temeritas Parad. II; minæ — invidiæ Sest. 47; oratio Sest. 12; res Dom. 30; vis Cat. IV. 10.

Ann. 3. Eodem referamus *sustinere*, *sustentare:* Quint. fr. I. 3. 5: neque tantum virium habet ulla aut *prudentia* aut *doctrina*, ut tantum dolorem possit sustinere; — Leg. I. 4. 11: quod sustinere vel summa *senectus* posse videatur; — Sest. 6. 14: quonjam *tribunatus* totus P. Sestii nihil aliud nisi meum nomen causamque sustinuit; — Mil. 36. 100: nunc me una *consolatio* sustentat; — Fam. VI. 1. 4: ut perditis rebus omnibus tamen ipsa *virtus* se sustentare posse videatur.

Ann. 4. Huic loco addamus *importare*, *provehere* Tusc. V. 10. 29; nam hæc *casus* importat, cfr. Tusc. IV. 15. 34; Fam. XVI. 21. 6; — Dom. 12. 32: vestra in me attente audiendo *benignitas* provexit orationem meam; — Sest. 58. 123: huc me provexit *oratio*.

3. Transeamus ad verba *pellendi*, quæ sunt *pellere*, *compellere*, *depellere*, *impellere*, *propellere*, *repellere*, ex quibus *impellere* sæpissime subst. abstr. conjungitur iis tamen locis, in quibus motus significatio in aliam significationem transire videtur. *Pellere*: Leg. III. 11. 26: si nos multitudinis furentis inflammata *invidia* pepulisset; — Fam. IV. 13. 2: nulla me ipsum privatim pepulit insignis *injuria;* — Tusc. II. 4. 11: pellit timores (*philosophia*); — Fin. I. 13. 43: *sapientia* enim est una, quæ mæstitiam pellat ex animis. *Compellere:* Sest. 39. 84: nondum *res* ipsa ad ejusmodi præsidia viros bonos compellebat. *Depellere:* Lig. 9. 26: quem de suscepta causa — nulla *contumelia*, nulla *vis*, nullum *periculum* possit depellere; — — Fam. II. 16. 1: *ratio* ipsa omnes molestias depulisset; — Leg. III. 9. 20: quos ne depellere quidem a se sine ferro potuit *respublica.* *Impellere:* ex infinita multitudine exemplorum hæc licet afferre: De Or. II. 81. 361: quæ *causa* me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulerit, acceperitis; — Sex. Rosc. 14. 39: *luxuries* igitur hominem nimirum et æris alieni *magnitudo* et indomitæ animi *cupiditates* ad hoc scelus impulerunt; — Fam. I. 9. 12: me in hanc mentem impulit Pompeji *fides;* — Flacc. 34. 85: non igitur impressio, non occisio, non vis, non tempus, non imperium ad injuriam faciendam im-

pulerunt; — Vat. 6. 15: si eum *magnitudo* contentionis, *studium* gloriæ, excellens *nobilitas* aliquo impulisset. Alia subjecta rei sunt: avaritia Her. II. 22; admonitio Fam. X. 4; libido Cat. M. 12; magnitudo (utilitatis) De Or. I. 41; motus (animi) Part. Or. 32; opinio Sex. Rosc. 29; ratio De Or. II. 44; spes — utilitas Part. Or. 26. *Propellere*: Sulla, 23. 64: L. Cæcilium *pietas* et fraternus *amor* propulisset. *Repellere:* Balb. 14. 32: ipsæ *(leges)* enim te a cognitione sua judicio publico repulerunt; — Tusc. III. 27. 66: *timor* igitur ab his ægritudinem potuit repellere, *ratio* ab sapienti viro non poterit.

Ann. 1. Huc pertinent *pulsare*, *propulsare:* ND. II. 23. 61: ea ipsa *vitia* naturam vehementius sæpe pulsant: — Phil. IV. 5. 13: crudelitatem mortis et dedecus *virtus* propulsare solet.

Ann. 2. Huic loco inserere liceat verba, quæ sunt *concitare, excitare, incitare,* quorum *excitare* sæpissime, ubi primam non retinet significationem, subst. abstr. conjungitur. *Concitare:* Cæcil. 13. 42: quantam auditorum multitudinem *infamia* C. Verris concitatura; — Mil. 14. 38: quem (concursum) mea *salus* concitarat. *Excitare:* Tusc. IV. 32. 69: hic *amor* Medeæ quanta miseriarum excitavit incendia; — Phil. II. 11. 27: Cn. Domitium non patris *interitus,* non avunculi *mors,* non *spoliatio* dignitatis ad recuperandam libertatem, sed mea *auctoritas* excitavit, cfr. Fam. X. 18. 3: adventus; Phil. II. 19, 47: cognitio; Fam. X. 18. 3; constantia; Phil. VI. 7. 18: consensus; Har. Resp. 20. 43: mors, pietas, dolor; Cat. IV. 8. 16: respublica, libertas; Tusc. I. 19. 45; pulchritudo; Planc. 18. 45: suffragium; De Or. I. 4. 15: varietas (causarum); Verr. III. 57. 132: vox. *Incitare:* Tusc. III. 11. 25: quas in vitam hominum *stultitia* quasi quasdam furias immittit atque incitat; — Leg. III. 11. 28: si tribunicia *vis* in me populum — incitasset; cfr. Quint. fr. I. 1. 16: oratio; Tusc. III. 15. 33: ratio; Dom. 5. 12: res.

Ann. Hic commemorantur loci, in quibus verba *mittendi* leguntur: Lig. 8. 23: quo senatus eum *sorsque* miserat; — Paradox I. 2: quæ *(vis)* filium immisit in armatas hostium copias; — Rep. I. 4: tantum nobis in nostrum privatum usum remitteret *(patria).*

4. Tum afferam nonnullos locos, ubi verba *trahendi,* quæ sunt *trahere, abstrahere, contrahere, detrahere, distrahere, extrahere, retrahere*, leguntur. *Trahere:* Fin. V. 10. 28: nam cum *appetitus* ille animi aliquid ad se trahere coeperit; — Fin. III. 22. 74: admirabilis *compositio* disciplinæ incredibilisque rerum traxit *ordo* (me); cfr. Brut. 65. 232; Her. IV. 32. 43: *denominatio* est, quæ ab rebus propinquis et finitimis trahit orationem; — Fam. X. 31. 2: natura autem mea et *studia* trahunt me ad pacis et libertatis cupiditatem; —

Her. III. 13. 23: amplificatio est *oratio*, quæ — ad misericordiam trahit auditoris animum; — De Or. III. 41. 163: ad quas eorum animos, qui audient, trahet *similitudo;* — Rep. VI. 23. 25: suis te oportet illecebris ipsa *virtus* trahat ad verum decus. *Abstrahere:* De Or. III. 36. 145: repente te quasi quidam ingenii *œstus* — in altum a conspectu pæne hominum abstraxit; — Sulla, 4. 11: quod me *ambitio* et forensis *labor* ab omni illa cogitatione abstrahebat; — Brut. 68. 239: nisi eum majoris gloriæ *cupiditas* ad bellicas laudes abstraxisset; — Tusc. I. 34. 84: *mors* nos a malis, non a bonis abstraxisset; — Tusc. III. 15. 33: *(ratio)* abstrahit ab acerbis cogitationibus; — Cat, M. 6. 15: a rebus gerendis *senectus* abstrahit; — Div. I. 37. 80: ut eum *vis* quædam abstraxisse a sensu mentis videretur. *Contrahere:* Her. IV. 38. 50: ejusmodi *res* et invidam contrahunt in vita et odium in oratione; — Inv. I. 17. 24: si *causæ turpitudo* contrahit offensionem. *Detrahere:* Sulla, 3. 8: istam ipsam personam — jam *voluntas* et natura ipsa detraxit; — Tusc. III. 23. 55: hæc enim *oratio* de ipsa summa mali nihil detrahit; — Fam. I. 5. a: si quid ex iis rebus nonnullorum hominum *perfidia* detraxerit; — Tusc. II. 4. 11: inanes sollicitudines detrahit sc. *philosophia;* Dejot I. 1: tantum facultatis *timor* detrahat. *Distrahere:* Phil. V. 11. 29: illum a republica distraxit, non solum *scelus* ipsius, sed etiam *fortuna* quædam reipublicæ; Fam. IV. 13. 2: quos (familiares) — distraxit *fuga;* — Off. III. 6. 28: quæ *sententia* omnem societatem distraxit civitatis. *Extrahere:* Tusc. II. 5. 13: hæc extrahit vitia radicitus *(philosophia)*. *Retrahere:* Verr. I. 8. 23: quæ *(spes)* cum Verrem a porta subito ad judicium retraxisset.

Ann. Annotandum Cat. M. 1. 2: ita jucunda hujus libri confectio fuit, ut non modo omnes absterserit senectutis molestias . . .

5. Postea ad hoc verborum genus referenda videntur nonnulla, quæ verba *amovendi* licet appellare.

a. Ex his primum proponuntur verba, quæ sunt *amovere, semovere, detorquere, extorquere,* sim. Neque multa exempla proferri possunt: Rab. 4. 12: Porcia *lex* virgas ab omnium civium Romanorum corpore *amovit;* — Her. IV. 40. 52: *divisio* est, quæ rem semovens ab re . . .; — Tusc. V. 32. 90: quos a recta ratione *natura* vitiosa detorsisset; — Off. II. 10. 37: *voluptates* majoris partis animos a virtute detorquent; — Brut. 2. 7: cum extorquere arma posset e manibus iratorum boni civis *auctoritas* et *oratio;* Planc. 41. 98: ignes pestiferos meus ille *consulatus* e manibus extorserat; — Phil. VI. 6. 16: simulationem clementiæ extorquebat istis ipsa *respublica;* — Cluent. 2. 6: si eam (opinionem) *ratio* convellet, si *veritas* extor-

quebit; — Att. I. 20. 3: a curia autem nulla me *res* divellet; - Or. 45. 153: quam litteram etiam e «maxillis» — *consuetudo* elegans Latini sermonis evellit; — De Or. I. 53. 230: importunitatem ex intimis mentibus evellisset *vis* orationis tuæ; — Tusc. IV. 8. 19: *conturbationem* metum excutientem cogitata.

b. Sequuntur *excludere*, *segregare*, *secernere*, *arcere*, *liberare*, quorum nonnulla exempla commemoratione digna videntur: *Excludere:* Fin. III. 11. 36: quæ (*disciplinæ*) virtutem a summo bono excludunt; — Off. I. 37. 134: nec vero tamquam in suam possessionem venerit, excludat alios (*lepos*); — Læl. 15. 54: sic multorum *opes* præpotentium excludunt amicitias fideles; — Mur. 34. 71: nulla est *poena*, quæ possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere; Phil. V. 11. 29: exclusit illum a republica — *segregavit* — *scelus* ipsius; cfr. Fam. V. 15. 3; — *Secernere:* Off. III. 8. 36: *error* hominum — quod utile visum est, id continuo secernit ab honesto. *Arcere:* Rep. V. 4. 6: ut *pudor* cives non minus a delictis arceret quam *metus;* — Parad. III. 2. 23: quæ *vis* est enim, quæ magis arceat hominibus ab improbitate. *Liberare:* Fam. XV. 2. 8: regem — meus *adventus* præsentibus insidiis liberavit; — Pomp. 19. 56: itaque una *lex*, unus vir, unus *annus* — nos illa miseria ac turpitudine liberavit; — Flacc. 6. 14: Pompeji autem *auctoritas* — regum bello liberavit (provinciam); — Rab. 5. 16: servos nostros horum suppliciorum omnium metu dominorum *benignitas* vindicta una liberat; — Phil. XIV. 6. 16: ut idem *dies* — iniquissima me invidia liberavit; — Agr. II. 26. 68: hæc *lex* eos homines — invidia liberat.

6. Ad hoc verborum genus nobis liceat referre verba *jungendi*, sim. et quæ iis contraria sunt. *Jungere:* Acad. II. 45. 139: hominem jungit deo (*virtus*): *Adjungere:* Inv. 34. 59: adjungit, quid ex his conficiatur sc. *complexio;* Att. I. 14. 4: hic *dies* me valde Crasso adjunxit; — Inv. I. 24 (causæ) firmamentum adjungit *oratio;* — Fam. V. 7. 2: si te mea summa erga te *studia* parum mihi adjunxerint; — Agr. I. 2. 5: quos populo Romano P. Servilii *victoria* adjunxit. *Conjungere:* Cat. IV. 7. 15: quos — hodiernus *dies* vobiscum atque hæc *causa* conjungit; — Verr. III. 9. 22: istos inter se perbrevi tempore non *res*, non *ratio*, non *commendatio* aliqua, sed studiorum *turpitudo similitudoque* conjunxit; — Brut. 94. 323: *consulatus* meus — nos rerum mearum gestarum laude conjunxerat; — Part. Or. 25. 88: quos *usus familiaritasque* conjunxit; Cæcil. 20. 65: quicum me *sors consuetudoque* majorum, quicum deorum hominumque *judicium* conjunxerat; — Cat. M. 12. 42: *libido* quæ cum

probro privato conjungeret imperii dedecus; Mil. 8. 21: *respublica* nos conjunxit cum bonis; cfr. Fam. V. 7. 2; Dejot. 14. 39: quocum mihi amicitiam respublica conciliavit, hospitum *voluntas* utriusque conjunxit. Alia hujusce generis exempla sunt; — Læl. 9. 32: nam si *utilitas* amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolveret; Quinct. 16. 52: quicum te aut *voluntas* congregasset ant fortuna conjunxisset; — De Or. 8. 33: quæ *vis* alia potuit dispersos homines unum in locum congregare; — Calp. 16. 37: habebas exercitum tantum quantum tua *libido* conscripserat; — Fin. IV. 15. 40: omnia quæ, leget quæque rejiciet *(virtus);* — Her. II. 18. 28: *complexio* est, quæ concludit breviter colligens partes argumentationis: — Calp. 39. 94: judices judicabunt ei, quos *lex* ipsa, non quos hominum *libido* delegerit; — Vat. 15. 35: adeo misera et prostrata *respublica*, ut non nuntios pacis — deligere posset. Hæc exempla, quæ extremo loco attulimus, viam muniant ad ea quæ sequuntur: Sulla, 21. 62: cum commoda colonorum a fortunis Pompejanorum reipublicæ *fortuna* dijunxerit; — Att. I. 18. 3: ordinum concordiam dijunxit (ille *annus);* — Her. IV. 35. 47: res dividit plures (sc. *exornatio*); cfr. Her. IV. 40. 52; — Rep. I. 19. 31: mors Tiberii Gracchi et jam ante tota illius *ratio* tribunatus divisit populum unum in duas partes; — Rep. I. 11. 17: num sermonem vestrum aliquem dirimit noster *interventus.*

Ann. 1. His verbis addamus *devincire, sociare, dissociare*, quæ his proxime accedere videntur: Fam. XIII. 29. 1: quæ *(artes)* per se ipsæ eos — etiam familiaritate devinciunt; — Phil. VII. 2. 6: quamquam nos *consuetudo*, studiorum etiam honestissimorum *societas similitudoque* devinxit; — Phil. XI. 1. 2: eosdem — devinxit improbissimæ naturæ et turpissimæ vitæ *similitudo;* — Planc. 40. 95: quocum me uno vel maxime cum *vetustas* tum *amicitia* cum mei fratris collegia tum reipublicæ sociarat; — Læl. 20. 74: *dissimilitudo* dissociat amicitias.

Ann. 2. Huc quoque pertinere videtur *conciliare*, quod persæpe cum subst. abstr. conjungitur: Ep. ad Brut. I. 7: itaque vel ipsius *virtus* vel nostra *necessitudo* debet conciliare te illi; cfr. Brut. 42. 156: æqualitas, vincinitas; Part. Or. 15. 53: affirmatio; Mur. 10. 23: ars; De Or. II. 51. 206: defensio; Oct. 9: dignitas; Sex. Rosc. 22. 63: educatio; De Or. II. 58. 236: hilaritas; Mur. 20. 41: magnitudo (negotii) — largitio; Dejot. 13. 35: oratio; Læl. 27. 100: virtus; Dejot. 14. 39: quocum mihi amicitiam *respublica* conciliavit. *Alienare:* Phil. II. 15. 38: Cn. Pompeji voluntatem a me alienabat *oratio* mea; cfr. Inv. I. 17. 25.

7. Ad ultimum afferamus nonnullos locos, in quibus verba *ponendi, locandi*, sim. reperiuntur, quæ, quum motus notionem quodammodo habeant, huc referre non dubitavimus. *Ponere:* Fin. IV. 25. 69: *sapientia* pedem ubi poneret non habebat. *Imponere:* Fam. VIII. 17: cujus *amicitia* me paulatim in hanc perditam causam imposuit; — Off. I. 32. 115: quam (personam) *casus* aliqui aut *tempus* imponit; — Sulla, 3. 8: quam (personam) *tempus* et *respublica* imposuit. *Locare:* Mur. 14. 30: duæ sunt *artes* quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis; — (Q. Rosc. 10. 28: disciplina locabat se non minus H.S.). *Collocare:* Part. Or. 7. 26: sic *confectio* memoriæ — in his (locis) imagines ut litteras collocat; — Off. III. 5. 25: quem hominum *fama* beneficiorum memor in concilio cælestium collocavit. *Constituere:* Tusc. V. 5. 13: velut iste chorus *virtutum* in eculeum impositus imagines constituit ante oculos. *Restituere:* Fam. X. 27: sin ista *pax* perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est.

Ann. Verbum, quod est *movere* et quæ ex eo composita sunt verba sæpissime cum subst. abstr. copulantur, cfr. De Or. II. 62; ib. 63; III. 59; Or. 39; Part. Or. 6; ib. 11; 12; 26; Cæcil. 21; Verr. I. 26; ib. 34; 55; III. 62; ib. 69; Cæc. 32; Cluent. 53; Mur. 2; ib. 3; Post. Red. II. 3; Har. Resp. 1; Sest. 16; Planc. 35; Mil. 27; Lig. 11.

IX.

Verba eundi.

Quem ad modum supra nonnumquam fecimus, ut verba intransitiva in disceptationem vocaremus, ita hoc loco ad ea, quæ modo a nobis tractata sunt, verba motus transitiva, nonnulla ejusdem significationis, quorum pleraque intransitiva sunt, addere licet. Neque enim est quod hæc verba commemoranda non sint, quum actionem exprimant et quatenus in his verbis progredi liceat, inutile non esse videatur cognoscere. Præterea animadverti potest localem significationem, quæ his verbis proprie inest, in temporis vel ordinis significationem persæpe transire, quum subst. abstr. conjuncta sunt. Itaque nonnulla exempla afferentur, in quibus inveniuntur verba eundi (pr. sens.), cedendi, currendi, veniendi, sequendi aliaque, quæ variæ sunt significationis. Atque ex iis subst. abstr. quæ his verbis conjunguntur, sæpissime invenitur *oratio*. Cfr. Sex. Rosc. I. 3: exire atque in vulgus emanare; Tusc. IV. 2. 5: redeat; Fin. I. 9. 29: ratione et

via procedat; Or. 61. 207: currat; Verr. III. 42. 100: omnes civitates percurrit; Or. 38, 132: pervenisset; De Or. III. 45. 176: sequatur; ib. I. 33. 152: consequatur; Cæc. 19. 55: aberret; De Or. II. 38. 157: declinavit; Tusc. V. 28. 80: deflexit; Verr. IV. 16. 35: digressa est; Cæl. 21. 51: emersisse jam e vadis scopulos prætervecta; De Or. I. 48. 209: vagari et errare; Phil. I. 1. 3: festinat; Tusc. I. 45. 108: fugiat et reformidet; Phil. II. 35. 88: ingressa erat; De Or. I. 35. 161: evolavit; Fin. V. 26. 77: prætervolavit; Pomp. 2. 4: proficiscatur; Phil. V. 14. 38: properat; Phil. II. 33. 84: transiliat; De Or. III. 3. 9: vagabitur.

1. Verba *eundi*, quæ sunt *ire*, *abire*, *prodire*, *redire*, *transire*, perpaucis locis cum subst. abstr. conjuncta inveniuntur: Att. XIV. 15. 2: incipit *res* melius ire; cfr. ib. 20. 4; — Sest. 33. 72: abiit ille *annus;* — Mur. 3. 7: abiit illud *tempus;* — Verr. I. 54. 141: si *res* abiret ab eo mancipe; cfr. Verr. III. 64. 148; — Tusc. I. 45. 109: quamquam enim *sensus* abierit; — Cæcil. 21. 68: *consuetudo* serpere ac prodire coeperit; — Quint. fr. II. 14. 4: *ambitus* redit; — De Or. I. 39. 176: *hereditatem* gente ad se dicerent redisse; — Tusc. IV. 24. 54: ista bellatrix *iracundia*, cum domum rediit, qualis est cum uxore; — Cluent. 30. 83: eo transire illius turpitudinis *infamam;* — Inv. I. 34. 59: cum — duæ partes transierint *ratiocinationis*,

2. Proponuntur deinde *cedere*, *accedere*, *discedere*, *intercedere*, *procedere*, *recedere*, *succedere*, ex quibus *accedere*, ubi primariam suam significationem non amplius retinet, sæpissime cum subst. abstr. conjungitur. *Cedere:* Brut. 6. 22; cum tibi *ætas* nostra jam cederet fascesque summitteret; — Phil. XIII. 13. 29: auctoritati cessisset *audacia;* — Cat. M. 19. 69: *horæ* quidem cedunt et *dies* et *menses* et *anni;* — Tusc. II. 13. 31: cedet profecto virtuti *dolor;* — Tusc. III. 1. 2: ut vanitati *veritas* cedat; — Tusc. V. 27. 71: huic beata — *vita* cedet. *Accedere:* Her. IV. 22. 30: hæc *admonitio* magis accedit ad similitudinem; — Phil. III. 1. 3: cur non quam primum publica accedit *auctoritas;* — Leg. II. 11. 27: *antiquitas* proxime accedit ad deos; — Cluent. 30. 83: ad quem numquam accessisse *culpam.* Eadem fere significatione atque *addi* sæpe reperitur. Cfr. Inv. II. 57; De Or. I. 5; Brut. 24; Or. 25; Arch. 7; Phil. II. 7; Fin. II. 26; V. 16; Off. II. 3; Fam. I. 18. *Discedere:* Fin. I. 20. 66: sic *amicitiam* negant posse a voluptate discedere; — Verr. IV. 30. 68: si istius hæc tanta *injuria* impunita discesserit; — Cluent. 30. 83: ab eo *invidiam* discedere aliquando; — Phil. VII. 6. 18: præsertim cum bonorum *præsidia* discesserint; — Fin. IV. 14. 39: itaque non discedit ab eorum curatione *ratio.* *Intercedere:* Her. III. 6. 11: quod *causa*

necessitudinis intercedat; — Verr. III. 46. 111: si tua *iniquitas* si tui recuperatores non intercederent; — Att. II. 24. 3: ut appareret *noctem* et nocturnam *deprecationem* intercessisse. *Procedere:* Tusc. III. 22. 53: *dies* procedens; — Inv. I. 56: hujus voluminis *magnitudo* longius processit; — Div. I. 39. 86: posteaquam *philosophia* processit; — Cat. M. 19. 70: sin processerit longius *(tempus)*. *Recedere:* Cluent. 29. 80: temporis *iniquitas* atque *invidia* recessit; — Quinct. 21. 67: qua ratione *res* ab usitata consuetudine recederet. *Succedere:* Fin. I. 17. 56: nisi in voluptatis locum *dolor* forte successerit; — De Or. I. 33. 151: omnes *sententiæ* omniaque *verba* — sub acumen stili subeant et succedant.

3. Tum nonnullos locos afferam, in quibus *concurrere, excurrere, incurrere, occurrere, præcurrere* nobis occurrunt. *Concurrere:* Her. II. 7. 11: cum multa concurrunt *argumenta* et *signa;* — Fin. V. 10. 28: *res* enim concurrent; — De Or. III. 43. 172: ne aspere concurrant — *verba. Excurrere:* Mur. 8. 18: in quo (campo) excurrere *virtus* cognoscique posset. *Incurrere:* Tusc. V. 10. 29: qui *(casus)* in sapientem potest incurrere: — Fin. I. 13. 44: nec tantum in alios cæco impetu incurrunt *(cupiditates);* — Inv. II. 24. 72: incurrit huc *definitio;* — Fin. I. 19. 62: qui (*dolores*) incurrunt; — Brut. 97. 331: transversa incurrit misera *fortuna* reipublicæ; — Fin. I. 1: noster *labor* in varias reprehensiones incurreret; cfr. præterea Att. V. 4: exceptio; Off. I. 42. 150: quæstus; Or. 14. 51: ratio; Top. 25. 94: status; De Or. II. 32. 139: tempus; Att. XII. 41. 2: incursabit in te *dolor* meus; Tusc. II. 15. 36: dolor *intercurrit. Occurrere:* Fam. III. 2: una *consolatio* occurrebat; — Parad. II. 18: ut furiæ sic tibi occurrunt *injuriæ;* cfr. De Or. III. 49. 191. *Præcurrere:* De Or. II. 30. 131: quæ *(cogitatio)* — præcurrat ætatem.

4. *Venire* et quæ ex eo composita sunt verba persæpe cum subst. abstr. conjuncta leguntur; quum autem plurimis locis in locutionibus, quæ sunt *in dubium, in consuetudinem, in consultationem, in judicium* venire, sim. non modo non actionis, sed ne motus quidem significationem retinere videantur quumque hæ locutiones inveniantur in lexicis, eas nihil attinet proferre. *Venire:* Quinct. 4. 14: ad quem summus *mæror* morte sua veniebat; Rep. II. 16. 30: in optimum statum venientem (*rempubl.*) — Her. IV. 20: *verba* — ad similes exitus veniunt; Verr. I. 45. 115 et sæpius: *hereditas* ad gentem minuciam veniebat; cfr. Quinct. 12. 41: *res* ad heredem venit; Tusc. I. 31. 76: veniet *tempus. Convenire:* Sex. Rosc. 22. 62: cum multæ *causæ* convenisse unum in locum — videntur; — Att. I. 16. 4: ad me autem eadem *frequentia* postridie convenit, (quod exemplum, quum

supra p. 10 omissum sit, hic afferatur). *Pervenire:* Quinct. 4. 14: ad eundem summus *honor* quoque pervenisset; — Sulla, 4. 12: sed vix ad aures istius suspitionis *fama* pervenit; — Marc. 1. 4: cujus ex salute ad omnes *lætitia* pervenerit; — Cluent. 46. 128: ut *metus* ad omnes, *poena* ad paucos perveniret; — Verr. IV. 28. 64: pervenit *res* ad istius aures; cfr. præt. Off. II. 8. 28: licentia; Mur. 31. 26: similitudo; Cluent. 63. 178: suspitio. *Subvenire:* Fam. XVI. 12. 6: nisi — casus aliqui subvenerit; — Post. Red. I. 3. 5: cum optimi viri summa *dignitas*, cum prætorum — *virtus* et *fides* reipublicæ subvenisset; — Prov. Cons. 13. 32: cujus divina et eximia *virtus* magnis populi Romani luctibus — subvenit; — Phil. II. 14. 36: quæ *res* gestati — subvenire potuisset.

5. Sæpissime quoque subst. abstr. conjunguntur verba *sequendi*, quibus tamen locis localis significatio in temporis vel ordinis significationem transire videtur. Ex uberrima locorum copia afferantur nonnulli. *Sequi:* Fin. I. 45. 109: virtutem tamquam umbra sequitur *(gloria)*; — Or. 18. 58: quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur *industria;* — Tusc. V. 31. 87: sequetur igitur horum ratione vel ad supplicium beata *vita* virtutem; cfr. præt. Inv. I. 10: incommodum; Or. 65: numerus; Cæc. 3: existimatio; Acad. II. 33: actio; Tusc. II. 12: dolor; Off. I. 17: conjunctio; Læl. 17: caritas. *Sectari:* Part. Or. 20. 69: altera (*causa*) delectationem sectatur aurium. *Consequi:* Brut. 89. 305: consequente *anno;* — Balb. 7. 18: sin autem multorum *virtus*, *ingenium*, *humanitas* ex infimo gradu — reifamiliaris copias consecuta est; — Pomp. 15. 44: *vilitas* annonæ ex summa inopia consecuta est; cfr. Her. II. 5. tempus; Inv. I. 28: res; ib. 19: poena; Verr. III. 76 licentia; Font. 13: fama; Cat. IV. 5 egestas, mendicitas; Phil. I. 13: pax; Tusc. IV. 8: pallor, tremor; Fam. I. 9. 19: contentio. *Insequi:* Fin. I. 16. 50: improborum facta primo *suspitio* insequitur, deinde *sermo* atque *fama*. *Prosequi:* Quinct. 31. 99: quæ (*existimatio*) P. Quinctum — usque ad rogum prosequatur; — Fam. XV. 14. 3: te de provincia summa *laus* et summa *gratia* provinciæ prosecuta est; — Cluent. 40. 111: usque eo pervenit, quo eum *industria* cum innocentia est; — Phil. II. 13. 33: quæ tam immemor *posteritas* — quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria (prosequatur), (supra omissum, hic affertur); Att. III. 7. 2: nos proficiscentes prosequebatur (*spes*).

6. Ad ultimum nonnulli conferuntur loci, in quibus verba variæ significationis nobis occurrunt, quæ tamen omnia motus notionem habent, etsi actionis notio obscurior est. *Appropinquare* temporali significatione sæpe cum subst. abstr. conjungitur: Phil. IV. 14. 10: illi *poena*

et nobis *libertas* appropinquet; cfr. Fam. II. 6 adventus; Cluent. 67. 192: judicium; Quinct. fr. III. 8; maturitas; Fin. V. 11. 31 mors; Fam. XII. 10. 2 res. Alia ex. sunt: Part. 15. 54: quæ (*verba*) ascendunt gradatim ab humilioribus ad superiora; — Brut. 63. 227: *actio* paulum claudicabat; cfr. Fin. I. 20. 69 amicitia; ND. I. 38. 107: tota *res* vacillat et claudicat; — Tusc. V. 24. 68: tardis enim mentibus *virtus* non facile comitatur; cfr. Fin. II. 19. 60; — Cæl. 16. 38: Bajas jure suo *libidines* omnium commearent; — Brut. 2. 8: quo tempore *ætas* nostra in portum confugere deberet; — Læl. 12. 40: deflexit jam aliquantulum de spatio curriculoque *consuetudo* majorum; — Tusc. V. 26. 75: beatam *vitam* in Phalaradis taurum descensuram; — ND. I. 23. 63: quippe cum poenam ne *dubitatio* quidem effugere potuisset; — Cluent. 65. 183: depressa *veritas* emergit; — Sest. 4. 9: cum illa *conjuratio* ex latebris atque ex tenebris erupisset palamque armata volitaret; — Quint. fr. II. 14. 2: sin aliquo erumpet amentis hominis *furor;* cfr. Fam. VIII. 14. 2 amor — — conjunctio; Att. X. 4. 1: fides; II. 58. 235 risus; — Tusc. V. 9. 24: in rotam beatam *vitam* non escendere; — Fam. XII. 10. 4: tamen auctoritate vestra *respublica* exsurget; — Off. I. 36. 139: (*mundita*) quæ fugiat agrestem et inhumanam negligentiam; — Off. II. 21. 75: modo enim hoc *malum* in hanc rempublicam invasit; cfr. Fam. XVI. 12. 2 furor; — Or. 28. 97: hæc (*eloquentia*) modo perfringit, modo irrepit in sensus; alia subjecta vide apud Häggström p. 37; — De Or. III. 41. 165: — ut non irrupisse videatur (*translatio*); cfr. (ib. 42 luxuries); Acad. II. 44. 136 atrocitas; — Brut. 79. 274: ut ea (*verba*) non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres; — Pomp. 12. 34: quam celeriter Cn. Pompejo duce tanti belli *impetus* navigavit; — Att. VI. 3. 1: obrepsit *dies;* Cat. M. 2. 4: obrepit *senectus;* cfr. Häggström p. 37; — Arch. 10: 23: eodem *gloriam famamque* penetrare; — Verr. V. 37. 97: quo neque Karthaginiensium classes neque populi Romani — *gloria* illa navalis penetare potuit; cfr. Brut. 38. 142 res; — Mil. 35. 89: ea non solum *fama* jam de illo. sed etiam *lætitia* peragravit; Balb. 6. 16 res gestæ; — Arch. 7. 16: hæc *studia* — pernoctant nobiscum, peragrantur, rusticantur; — Acad. II. 1. 3: diutius quam vellem tanta *vis virtutis* atque *ingenii* peregrinata afuit; cfr. Fin. III. 12. 40 philosophia; — Pomp. 15. 44: quo non illius diei *fama* pervasit; cfr. Verr. I. 17. 44 calamitas; ib. V. 2. 6 bellum; III. 26. 66 incendium; 89. 207 libido — iniquitas; Sulla, 19. 53 morbus; — Leg. I. 11. 31: molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores similiter omnium mentes pervagantur; — Fin. V. 8. 23: cum omnis hæc *quæstio* — ab eo proficis-

catur, quod... Sæpissime in significatione verbi *oriundi* cum subst. abstr. conjunctum invenitur. Cfr. hos locos ex Her. et Inv. sumptos: Her. II. 4. 7; ib. III. 9. 16; 22. 36; Inv. I. 1. 2; II. 12. 38; 47. 138; 53. 160; — Phil. XI. 1: neque illius horum in ulsciscendo *acerbitas* progressa ultra mortem est; cfr. Fin. V. 21. 59 ætas; Phil. XI. 3. 6 amentia; Verr. V. 45. 119 crudelitas; Acad. II. 9. 27 philosophia; Rep. II. 16. 30 respublica; — Fin. II. 22. 73: quod *adulterium*, quod *stuprum*, quæ *libido* non se proripiet ac projiciet; — Sex. Rosc. 5. 12: eo prorumpere hominum *cupiditatem* et *scelus* et *audaciam;* — Tusc. IV. 18. 42: *imbecillitas* — in altum provehitur; — Post. Red. I. 3. 5: corpus abesset meum, *dignitas* jam in patriam revertisset. *Serpere* conjungitur cum vocibus, quæ sunt amicitia, caritas, consuetudo, injuria, genus (argumenti), malum, respublica, rumor, simulatio, cfr. Häggström p. 37; — Cat. IV. 3. 6: transcendit Alpes (malum); — Marc. 9. 29: tuum nomen longe atque late vagabitur; cfr. De Or. III. 44. 176 verbum. *Volare, volitare:* vide Häggström p. 42.

X.

Verba faciendi.

In hunc locum recepimus verba faciendi (proprio sensu) et quæ similem habent significationem, reddendi, agendi.

1. Verba *faciendi* sunt *facere, conficere, efficere, perficere, præficere, satisfacere.* Et quum pæne infinita sit copia locorum, in quibus hæc verba cum subst. abstr. conjuncta nobis occurrunt præsertim in libris rhetoricis, nonnullos satis habemus afferre, ex quibus quidem dicendi consuetudo Ciceronis intelligi possit. *Facere:* Part. Or. 6. 28: facit enim *(actio)* et dilucidam orationem et illustrem; — Verr. V. 60. 156: an M. Annii — summa *auctoritas* (te) paulo diligentiorem fecerat; — Fam. XII. 9. 1: *brevitas* tuarum litterarum me quoque breviorem in scribendo facit; — Fam. VI. 13. 2: nam et *res* eum cotidie et *dies* et *opinio* hominum et natura mitiorem facit; — Leg. III. 17. 38: pontes enim *lex* Maria fecit angustos; — Fam. X. 18. 3: si posset mea *præsentia* et Lepidum et exercitum facere meliorem. Alii loci similes sunt; Verr. II. 35. 86 calamitas; Fin. III. 18. 61: diuturnitas; Cæc. 4. 9 periculum — dubitatio; Her. IV. 49. 62 exemplum; Att. X. 11. 3 indulgentia; Quint. fr. II. 5. 1 inopia; Phil. III. 10. 26 integritas; Fam. VI. 4. 4 loquacitas; Part. Or. 6. 22 præcepta; Att. XIV. 11. 2 ruina; Att. VII. 20 1 tempus; Brut. 74. 258 vetustas. Deinde exempla afferentur, in quibus *facere*

cum solo objecto conjunctum legitur: Agr. II. 6. 14: non potestatum *dissimilitudo*, sed animorum *disjunctio* dissentionem facit; — Leg. I. 16. 44: cur jus ex injuria *lex* facere possit; Cat. M. 9. 28: facit persæpe ipsa sibi audientiam — *oratio*. Loquendi formula *finem facere:* Cluent. 67. 191: quibus finem aliquando non mulieris *modus*, sed amicorum *auctoritas* fecit; cfr. Tull. 3. 6 nox; Tusc. V. 1 dies; — *fidem facere:* Acad. II. 7. 19: dum *aspectus* ipse fidem faciat sui judicii; cfr. Part. Or. 8. 27 narratio; Top. 20. 74 necessitas; Inv. I. 17. 25 oratio; Scaur. 18. 40 varietas; Mil. 24. 66 vita; — *potestatem facere:* Verr. I. 9. 26: etiamsi *lex* ampliandi faciat potestatem; cfr. Verr. II. 31. 77. Dicendi formula *facere cum aliquo* hisce locis invenitur: Part. Or. 36. 127: cum secum faciat *æquitas;* — Verr. I. 41. 104: omnia faciebant cum pupilla, legis *æquitas*, *voluntas* patris, *edicta* prætorum, *consuetudo* juris; cfr. Cæc. 36. 104 auctoritas; Her. II. 10. 15 pars juris; Cæcil. 11. 34 judicium; Div. I. 39. 84 ratio; Cæc. 28. 80 verbum; Quinct. 30. 91 veritas; — Quinct. 1: quæ *res — contra* nos ambæ faciunt; — *facere*, *ut:* Fam. III. 6. 5: tuo consilio ut me sperarem esse usurum et *amicitia* et litteræ tuæ fecerunt; cfr. Her. III. 12. 21: commutatio; Sest. 54. 115 conjectus oculorm; Fam. XI. 27. 7 dignitas; Her. IV. 12. 17 elegantia; Fam. II. 6. 1 magnitudo rei; Her. II. 18. 27 res. *Conficere:* Inv. II. 4. 12: aliud enim *laus* aut *vituperatio*, aliud sententiæ *dictio*, aliud *accusatio* aut vituperatio conficere debet; — Or. 44. 149: ut *forma* ipsa *concinnitasque* verborum conficiat orbem suum; — Brut. 74. 259: *suavitas* vocis et lenis *appellatio* litterarum bene loquendi famam confecerat; cfr. Her. IV. 30. 41 conclusio; ib. 14. 22: exclamatio; Inv. I. 15. 20 oratio; De Or. I. 17. 78 res. Eadem fere significatione atque *delere* legitur: Att. XI. 4. 2: me conficit *sollicitudo;* cfr. Div. II. 57. 117 vetustas. *Efficere:* Fin. I. 11. 17: sic in omni re doloris *amotio* successionem efficit voluptatis; — ND. II. 34. 87: nec *ars* efficit quicquam sine ratione; — Cæcil. 1. 3: quas res *luxuries* in flagitiis, *crudelitas* in suppliciis, *avaritia* in rapinis, *superbia* in contumeliis efficere potuisset; Tusc. II. 15. 35; tertius *dies* disputationis hoc tertium volumen efficiet; cfr. Div. II. 26. 57 casus; Top. 15. 59 causa; Tusc. I. 13. 30 collocutio; Or. 50. 167 concinnitas; Fin. I. 6. 20 concursio; Part. Or. 25. 89 contentio; Fin. IV. 3. 6 disciplina; Or. 16. 52 voluntas; Pomp. 15. 44 pax; Tusc. III. 14. 30 res; Fin. V. 27. 79 virtus; Fin. I. 20. 69 usus; — Tusc. II. 15. 35: *consuetudo* enim laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem; cfr. De Or. III. 43. 172 collocatio; Tusc. I. 11. 25 mors; Fin. V. 26. 78 virtus; — Fin. IV. 15. 41: ista *explanatio* naturæ nempe hoc effecerit, ut ...

Perficere: Brut. 31. 120: *consuetudo ratiove* dicendi talis est, nec perficere oratorem possit; — Div. II. 6. 17: quæ naturæ *necessitas* perfectura est; — Or. 36. 127: nihil est, quod non perficere possit *oratio;* — Tusc. V. 7. 19: perfecturam se (*philosophiam*) ut; — Acad. II. 8. 26: quæ *(ratio)* perfecit virtutem; — Inv. I. 2. 3: mihi quidem videtur hoc nec tacita nec inops dicendi *sapientia* perficere potuisse. His addantur: *Præficere:* Quint. fr. I. 1. 9: si te *sors* Afris — præfecisset. *Satisfacere:* Fam. XV. 10. 1: ut omnium vestrum studio tuus *consulatus* satisfacere posset; — Or. 3. 11: quibus satisfaciet *res* ipsa cognita; cfr. Sulla, 24. 69.

Ann. Hoc loco liceat commemorare verba *pariendi,* sim. sæpe cum subst. abstr. conjungi; cfr. Her. IV. 27; 31; Inv. I. 15; De Or. II. 22; 28; 34; 37; 87; III. 23; 31; 38.

2. Huic generi verborum annumeranda videntur verba, quæ sunt *moliri, fabricari, fingere,* sim. *Moliri:* Fin. I. 16. 50: si vero molita *(improbitas)* quidpiam est, quamvis occulte fecerit...; — Verr. I. 15. 40: non enim potest ea *natura,* quæ tantum facinus commiserit, hoc uno esse contenta — necesse est semper aliquid ejusmodi moliatur; — Sex. Rosc. 32. 91: multa sæpe imprudentibus imperatoribus *vis* belli ac *turba* molitur. *Fabricari:* Her. III. 19. 32: *cogitatio* — potest situm loci cujusdam ad suum arbitrium fabricari et architectari; — De Or. III. 46. 180: Capitolii fastigium illud et ceterarum non *venustas,* sed *necessitas* ipsa fabricata est. *Fingere:* Acad. I. 2. 6: quam (materiam) fingit et format *effectio;* — Tusc. I. 16. 36: cujus *ignoratio* finxit inferos; — Brut. 38. 142: nulla *res* magis penetrat in animos eosque fingit, format; — Acad. II. 27. 87: *vim* — quæ finxerit vel fabricata sit hominem. Quibuscum conferendum est De Or. II. 43. 184: mores oratoris effingat *oratio:* Alia hujusmodi exempla sunt: De Or. I. 25. 115: neque hæc ita dico ut *ars* aliquos limare non possit; — Brut. 9. 36: hæc enim *ætas* effudit hanc copiam; Or. 53. 177: quod *casus* effudisset.

3. Afferantur nonnulla exempla, in quibus verbum *reddendi* invenitur: Her. IV. 2. 2: ipsa *auctoritas* antiquorum non cum res probabiliores tum hominum studia ad imitandum alacriora reddidit; — Sex. Rosc. 35. 101: nisi ipsos cæcos redderet *cupiditas* et *avaritia* et *audacia;* — Ep. ad Brut. I. 12. 2: *caritas* liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet; — Div. I. 47. 105: *difficultas laborque* discendi dissertam negligentiam reddidit; — Her. IV. 13. 18: *dignitas* est, quæ reddit ornatam orationem; cfr. ibid. I. 2; III. 15. 26; IV. 11. 16; 12. 17; 12. 18; 14. 20; — Att. IX. 17. 2: me hebetem *molestiæ* reddiderunt; — De Or. II. 10. 40: *nox* te — hominem reddidit.

4. Denique verbum, quod est *agere*, proponamus. Pauca exempla inveni: De Or. III. 51. 197: *ars* enim — nihil sane egisse videatur; — Acad. II. 3. 7: neque nostræ *disputationes* quicquam aliud agunt; — ND. I. 41. 116: an quicquam eximium potest in ea *natura* quæ — nihil nec actura umquam neque agat neque egerit; — Planc. 38. 92: *res* vero ipsa *publica* — ageret mecum; Fin. V. 23. 66: quicquid aget quæque *virtus*. Loquendi formula *gratias agere* legitur: Leg. II. 3. 6: *rempublicam* — huic municipio gratias agere posse.

Ann. Addendum Agr. II. 25. 67: quod est tam asperum, in quo agricolarum *cultus* non elaboret.

XI.

Verba pugnandi.

Huic titulo subjiciantur verba pugnandi (proprio sensu) et quæ iis adjuncta sunt et consequentia. Hæc verba cum subst. abstr. conjuncta plerumque sensu translato ponuntur.

1. Primo loco ponuntur verba *pugnandi* et quæ *contentionis* vel *certaminis* habent notionem.

a. Verba pugnandi, quæ cum subst. abstr. conjuncta inveniuntur, sunt *pugnare*, *depugnare*, *impugnare*, *propugnare*, *repugnare*. Non multa inveni exempla. *Pugnare:* Quinct. 25. 79: profectio intelligetis illinc ab initio *cupiditatem* pugnasse et *audaciam* hinc *veritatem* et *pudorem*, quoad potuerit, restitisse; — Cæl. 9. 22: *res* cum re, *causa* cum causa, *ratio* cum ratione pugnabit; — Cat. II. 11. 25: ex hac enim parte *pudor* pugnat illinc *petulantia*, hinc *pudicitia* illinc *stuprum*, hinc *fides*, illinc *fraudatio*, hinc *pietas*, illinc *scelus*, hinc *constantia* illinc *furor*, hinc *honestas* illinc *turpitudo*, hinc *continentia* illinc *libido;* — De Or. II. 82. 335: quæ (*honestas, utilitas*) — pugnare inter se sæpe videntur; similia exempla sæpe in libro de Officiis invenuntur; — Off. I. 19. 62: si *justitia* vacat pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis; — Tusc. II. 4. 12: ut cum eorum vita mirabiliter pugnet *oratio;* cfr. Fin. III. 11. 39; ibid. 3. 10; Fin. I. 18. 58: pugnantibus *studiis*. *Depugnare:* Acad. II. 46. 140: quod depugnet *voluptas* cum honestate. *Impugnare:* Fam. III. 12. 1: quæ *(malevolentia)*, te impugnare auderet. *Propugnare:* Off. I. 19. 62: eam *virtutem* esse dicunt propugnantem pro æquitate. *Repugnare:* Prov. Cons. 20. 47: repugnante vestra *auctoritate;* Or. 41. 141: ea *(eloquentia)* vero repugnante; — Off. III. 11. 48: repugnante *honestate;* — Cæl. 17. 41: res inter se repugnantes; — Tusc.

IV. 37. 79: repugnante *ratione;* — Off. III. 33. 120: si quando ea, quæ videtur *utilitas*, honestati repugnat; cfr. Off. III. 12. 50; — Fin. III. 1. 1: etenim sit impudens (*voluptas*) si virtuti diutius repugnet.

b. His verbis adjungantur *certare, contendere, confligere. Certare:* Verr. IV. 28. 65: ut *ars* certare videretur cum copia; — Verr. I. 1. 3: certet mea *diligentia* cum illorum omnium cupiditate, vestra *integritas* cum illius pecunia, testium *constantia* cum illius patronorum minis atque potentia; — Cat. II. 11. 25: denique *æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia* certant cum iniquitate, luxuria, ignaria temeritate; — Balb. 4. 9: in quo uno ita summa *fortuna* cum summa virtute certavit; — Part. Or. 25. 89: persæpe evenit, ut *utilitas* cum honestate certet. *Contendere:* Quinct. 30. 92: si *causa* cum causa contenderet; — Tusc. I. 19. 43: nulla est *celeritas*, quæ possit cum animi celeritate contendere; — Quinct. 27. 84: in hac *improbitatem* et *gratiam* cum inopia et veritate contendere; — Sex. Rosc. 47. 136: *humilitatem* cum amplitudine contendere; — Off. III. 3. 11: possit *utilitas* cum honestate contendere; — *Confligere:* Cat. II. 11. 25: quæ *(causæ)* inter se confligunt; — ibid. *copia* cum egestate, bona *ratio* cum perdita — bona *spes* cum omnium rerum desperatione confligit.

2. Tum proferentur nonnulli loci, in quibus inveniuntur *obsistere, resistere, adversari. Obsistere:* Att. I. 1. 4: *ambitionem* putabis mihi obstitisse; — Verr. III. 31. 74: uni mehercule huic civitati obsistere tua *defensio* non potest; — Cat. I. 6. 15: sceleri ac furori tuo non *mentem* aliquam aut *timorem*, sed *fortunam* populi Romani obstitisse; cfr. Off. II. 7. 23. *Resistere:* Quinct. fr. I. 1. 7: constantia adhibenda et *gravitas* quæ resistat non solum gratiæ; — Quinct. 25. 79: vide supra; Fam. X. 24. 3: quibus subito impetu ac latrocinio parricidarum resistat (*respublica*); — Verr. III. 94. 220: in quo primum injuriæ gradu resistere incipit *severitas* judicis. *Adversari:* Acad. II. 15. 46: cum duæ *causæ* perspicuis et evidentibus rebus adversentur; cfr. Sulla, 6. 20; — Tusc. III. 8. 17: adversantem libidini — *constantiam;* Fin. I. 20. 67: *odia, invidiæ, despicationes,* adversantur voluptatibus; — Verr. V. 69. 178: cui legi vestra *dignitas* vehementer adversetur: — Fin. III. 20. 67: non adversatur *jus*, quominus . . .; — Tusc. IV. 6. 14: adversante *ratione;* — Acad. II. 45. 139: nonne ipsa *veritas* et *ratio* mihi adversetur.

3. Deinde huc licet referre verba *defendendi* et *tuendi. Defendere:* Flacc. 40. 100: annui temporis criminationem omnis *ætas* L. Flacci et perpetua *vita* defendet: — Phil. VIII. 6. 18: reipublicæ *causa* defendit Antonium; — Mil. 14. 36: reliquum est ut jam illum

natura ipsius *consuetudoque* defendat; — Act. in Verr. 4. 10: quod est *ingenium* tantum, quæ tanta *facultas* dicendi aut *copia*, quæ istius vitam — possit defendere; — Cat. III. 12. 27: *dignitas*, quæ semper me tacita defendet; — Post. 10. 27: Rufum necessitatis *excusatio* defendet; — Leg. II. 5. 13: quæ *(leges)* — defendunt ac tuentur bonos; — Quint. fr. I. 3. 2 *mors* ipsa meam pietatem amoremque in te facile defenderet; — Quinct. 30. 92: possitne se contra luxuriem ac licentiam rusticana illa atque inculta *parsimonia* defendere: — Fam. V. 1: quem si parum *pudor* ipsius defendebat; cfr. Cæl. 20. 50; Verr. II. 66. 160: quæ *(religio)* monumenta hostium in bello ipso soleat defendere; Cluent. 60. 168: *res* enim se ipsa defendit; — Post. 9. 24: ipsius facti stultitiam alia jam superior *stultia* defendit: — Acad. II. 11. 36: *veritas* se ipsa defendet; cfr. Cæl. 26. 63. *Tueri* (*tutari*). Har. Resp. 13. 27: curulis *ædilitas*, quæ maxime hanc tueri religionem solet; Marc. 9. 28: quam (vitam) ipsa *æternitas* semper tuebitur; — ND. II. 7. 20: *angustia* autem conclusæ orationis non facile se ipsa tutatur; — Prov. Cons. 5. 11: quos non *parsimonia*, non *continentia*, non *virtus*, non *labor*, non *splendor* tueri potuit contra illius audaciam; — Fin. II. 22. 73: si *pudor*, si *modestia*, si *pudicitia*, si uno verbo *temperantia* — non sanctitate sua se tuebuntur; — De Or. II. 52. 211: quæ *(oratio)* probitatis commendatione boni viri debet speciem tueri; — Fam. X. 18. 3: si posset mea *præsentia* Lepidum tueri. — Fam. III. 11. 3: quæ (*respublica*) — tueri tales viros deberet; cfr. De Or. II. 2. 5 ars; Dom. 18. 46 dignitas; Fin. IV. 7. 17 sapientia; ib. 14. 38 sensus; De Or. III. 61. 227 varietas; Læl. 14. 50 virtus.

Ann. Neque alienum esse videtur his verbis nonnullos addere locos, in quibus *vindicare* eandem habere videtur significationem: Tusc. II. 19. 44: a qua me *brevitas* temporis vindicabit; — Tusc. V. 14. 42: quem *fortitudo* ab ægritudine et a metu vindicet; — Quint. fr. I. 4. 2: si te satis *innocentia* tua et *misericordia* hominum vindicat — a molestia; cfr. Sulla, 9. 26 excusatio; Brut. 96. 329 felicitas; De Or. II. 33. 145 sapientia.

4. Postremum adjiciuntur verba *vincendi*, quæ sunt *vincere*, *convincere*, *superare*. Subst. abstr. adjunguntur translato sensu. *Vincere:* Cluent. 6. 15: vicit pudorem *libido*, timorem *audacia*, rationem *amentia;* — Quint. fr. II. 13. 2: vincet tuus *amor* omnes difficultates; — Rep. (fragm.) III. 8: sed eorum et voluntatem et copiam *causa* vincit; — De Or. I. 33. 150: fortuitam orationem *commentatio* et *cogitatio* facile vincit; — Off. I. 44. 157: ita fit ut vincat cognitionis studium *consociatio* hominum atque *communitas;* Cæl. 18. 42:

vincat aliquando *cupiditas voluptasque* rationem; — Act. in Ver. 6. 16: quod in sortitione istius spem *fortuna* populi Romaui et in rejiciendis judicibus mea *diligentia* istorum impudentiam vicerat; — Att. XII. 14. 3: sed omnem consolationem vincit *dolor;* cfr. Att. II. 18; Brut. 64. 228: quæ *(historia)* vincat facile superiores; — Agr. II. 35. 95: *luxuries,* quæ ipsum Hannibalem — vicit; — Tusc. V. 27. 78: numquam naturam *mos* vinceret; — Læl. 25. 96: vendibilem orationem *religio* deorum — vincebat; — Planc. 35. 88: improbos cives *respublica* vicit; — Mur. 31. 65: nisi sententiam *sententia* alia vicerit melior; — Ep. ad Brut. I. 2. 5: salutaris *severitas* vincit inanem speciem clementiæ; Balb. 20. 45: assiduus *usus* — ingenium et artem sæpi vincit; cfr. De Or. II. 82. 334; ib. III. 57. 215; Cat. IV. 5. 9; Sest. 42. 92; Fin. V. 13. 38: Off. III. 22. 88; Rep. I. 1: ib. II. 32. 57; Fam. V. 4. 2. *Convincere:* Sulla, 25. 71: ipsum illum Antonium — non sua *vita* ac *natura* convicit; cfr. Parad. V. 3. 41. *Superare:* Arch. 3. 4: ut famam ingenii *exspectatio* hominis, exspectationem ipsius *adventus admiratioque* superaret; — Verr. III. 20. 52: nisi cogitationem salutis tuæ pecuniæ *cupiditas* ac præsens illa *præda* superaret; Cat. IV. 11. 23: quod si spem meam *vis* improborum — superaverit; — Fin. IV. 7. 17: injurias fortunæ facile veterum philosophorum præceptis instituta *vita* superabat; — De Or. I. 4. 15: *usus* frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret.

Ann. 1. Eodem referamus Mil. 33. 88: numquam illum respublica suo jure esset ulta; cfr. Phil. II. 44. 113; Fam. XII. 1. 2.

XII.

Verba variæ significationis.

Ad ultimum in hunc locum ea conjicienda videntur verba, quæ neque ulli superiorum verborum generi apte adjungi potuerunt neque in singulis locis propter variam significationem collocanda existimavi, quam ob rem omnia, quæ restant, verba unum in locum rejici necesse erat ita tamen, ut ea, quantum fieri potuit, in ordinem quendam redigere conarer. Itaque hoc quoque loco, quæ similem habere notionem videbantur, ea in unum contuli, cetera litterarum ordine descripta enumerantur. Atque de hoc loco in primis valet, id quod supra est commemoratum, me valde dubitasse, quæ verba fuerint afferenda, quam ob rem nonnulla, quæ forsitan afferri oportuerit, omissa sunt.

1. Primum igitur verba *servandi*, *corrigendi*, *confirmandi*, sim. atque quæ iis contraria sunt congeruntur.

a. Nonnulla exempla afferam, in quibus *servare*, *conservare*, *reservare* leguntur: Mil. 7. 20: ex quibus si me non vel mea vel reipublicæ *fortuna* servasset; sæpius; — Verr. III. 57. 131: ex quo te *salus* servare potuit; — Her. III. 11. 20: magnitudinem vocis — conservat *cura;* Cat. M. 10. 34: potest igitur *exercitatio* et *temperantia* etiam in senectute conservare aliquid pristini roboris; — Off. III. 6. 31: quæ *(lex)* utilitatem hominum conservat et continet; — Phil. XII. 10. 24: me salvum adhuc *respublica* conservavit sibi; cfr. præterea: Her. II. 19; De Or. II. 86; III. 6; Rep. I. 14; — Ep. ad Brut. I. 18. 6: ipsa tempora — integram tibi causam reservant.

b. *Corrigere*, *mederi*, *sanare:* Att. III. 14. 1: ea si qui *casus* aliqua ex parte correxerit; — Verr. II. 42. 104: quod mendum ista *litura* correxit; — Att. XI. 16. 2: *mora* Alexandrina causam illorum correxit; — Fam. X. 15. 3: quod exercitus Lepidi eam partem — et corrigere et *coercere præsentia* mei exercitus posset; — Her. II. 30. 48: nullam *rem* fore, quæ incommodo mederi aut perperam factum judicium corrigere possit; — Tusc. III. 30. 74: *cogitatio* igitur diuturna nihil esse in re mali dolori medetur, non ipsa *diuturnitas;* — Fam. VII. 28. 3: *dies*, quæ stultis quoque mederi solet; — Tusc. II. 4. 11: medetur animis *(philosophia);* — Cat. II. 5. 11: quos si meus *consulatus* — sanare non potest; — Att. II. 1. 7: non minus esset probanda *medicina*, quæ sanaret vitiosas partes reipublicæ, quam quæ *exsecaret;* cfr. Tusc. III. 24: IV. 11; Fam. V. 16. 2.

c. *Confirmare* non raro cum subst. abstr. conjungitur: Her. III. 16. 28: *ars* naturæ commoda confirmat; — Arch. 5. 11: *census* non jus civitatis confirmat; — Cluent. 36. 102: illa *damnatio* — nostram causam defensionemque confirmat; — De Or. III. 23. 88: si *usus* doctrinam confirmat; cfr. Her. III. 12; 16; IV. 56; Inv. I. 30; ib. 32; De Or. III. 11; 13; Phil. XIV. 2; Acad. II. 8; Fin. I. 21; Tusc. II. 4. Quibuscum conferri possunt Or. 13. 42: *eloquentia* ipsa se colorat et roborat; Her. II. 18. 28: *confirmatio* est, quæ plurimis argumentis corroborat expositam sententiam.

d. Ex iis verbis, quæ superioribus sunt contraria, afferam *perdere*, *affligere*, *delere*, sim.: Off. II. 23. 80: Gracchi — filios nonne agrariæ *contentiones* perdiderunt; — Sex. Rosc. 12. 33: tantum potuit *(mors)* ut omnes cives perdiderit et afflixerit; — Cat. M. 10. 32: non plane me enervavit, non afflixit *senectus;* — Att. XII. 50: sic *discessus* afflixit; Fam. XIV. 4 *virtus* nostra nos afflixit; cfr. Verr. II. 3. 8 annus; Cluent. 71. 201 calamitas; — Cat. IV. 9. 19:

exaggeratas fortunas una *nox* pæne delerit; — Fam. II. 1 meritorum memoriam nulla umquam delebit *oblivio;* cfr. Dejot. 13. 37; Att. I. 11. 1; — Mur. 21. 43: accusandi *terrores* — animorum studia debilitant; — Post. 17. 48: me *dolor* debilitat intercluditque vocem: — Vat. 7. 18: quæ *leges* sæpenumero tribunicios furores debilitarunt et represserunt; cfr. Tusc. IV. 15. 34; Fam. I. 6; — Phil. II. 27. 67: sed urbes et regna celeriter tanta *nequitia* devorare potuisset; — Calp. 21. 48: cum partem ejus prædæ profundæ *libidines* devorassent; — De Or. II. 55. 226: *libidines* totum dissipaverunt; — Marc. 4. 11: nihil est, quod non conficiat et consumat *vetustas;* cfr. Leg. I. 1; Planc. 37. 90; — Fin. I. 18. 50: *ægritudines* exedunt animos conficiuntque curis; — Dejot. 13. 37: quæ umquam *vetustas* obruet; — Verr. III. 91. 213: Antonium — mediis in injuriis et cupiditatibus *mors* oppressit; Cat. IV. 2. 3: si me aliqua vis oppresserit; cfr. Verr. V. 53 139 amentia; Cluent. 44. 125 amentia; Phil. II. 26. 64 stupor furor; — Sest. 22. 49: si causam publicam mea *mors* peremisset; — Prov. Cons. 9. 22: quas (inimicitias) exstinxit reipublicæ *utilitas dignitasque* ipsorum; cfr. Cæl. 29; Balb. 6; Mil. 31; Tusc. III. 2. 4: *fama* popularis homines corrumpit; cfr. Sulla, 23. 73; — Quinct. 26. 80: ut eam (viritatem) infirmare nulla *res* possit.

2. Ex iis, quæ modo tractavimus, verbis apte transeamus ad ea, quæ his proxima esse videntur; sunt enim *violare, vexare, lædere, torquere, urgere, vulnerare, lacerare, pungere,* sim. *Violare:* Sex. Rosc. 25, 70: nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret *audacia;* — Quinct. 6. 26: nullum esse officium — quod non *avaritia* comminuere ac violare soleat; — Sex. Rosc. 39. 112: hæc *culpa* est, quod duas res sanctissimas violat; — Balb. 7. 18: *invidia* violatura virtutem L. Cornelii; — Inv. I. 3. 5: rem honestissimam — violabat stultorum et improborum *temeritas;* — Sex. Rosc. 38. 109: nullum jus — quod non ejus *scelus* atque *perfidia* violarit et imminuerit. *Vexare:* Sex. Rosc. 24. 67: sua quemque *fraus* et suus *terror* maxime vexat, suum quemque *scelus* agitat; cfr. Dom. 2. 3: Leg. I. 14. 40. *Lædere:* Verr. III. 46. 109: neque enim eos — hæ decumanorum *injuriæ* læserunt; — Cæc. 9. 23: non minus nos stultitia istius sublevat, quam lædit *improbitas;* cfr. Her. III. 12; IV. 12. *Torquere:* De Or. I. 11. 47: verbi enim *controversia* jam diu torquet Græculos; cfr. ibid. III. 9. 33; — Parad. II. 18: te *libidines* torquent; — Leg. I. 10. 29: quod si *depravatio* consuetudinum torqueret et flecteret: Att. IX. 10. 2: me una hæc *res* torquet; cfr. Fin. II. 29. 95. *Urgere* eandam significationem habere videtur Mil. 22.

59: *quæstiones* urgent Milonem; cfr. præterea Sulla, 32; Tusc. I. 43; III. 13; Div. II. 72; Cat. M. 1, ubi ad significationem verbi instandi accedit. *Vulnerare:* Her. III. 12. 22: acuta *exclamatio* vocem vulnerat; quocum ex. conferenda sunt Her. IV. 28. 38: *redintegratio* verbi — vulnus majus efficit in contrario causæ; — Calp. 14. 32: meus *discessus* reipublicæ vulnera inflixit. *Lacerare:* Tusc. III. 13. 27: *(ægritudo)* lacerat, exest animum planeque conficit; — ibid. 16. 35: lacerant, vexant, stimulos admovent, ignes adhibent sc. *res* malæ; — Phil. II. 34. 86: hæc te lacerat, hæc cruentat *oratio;* cfr. III. 8. 2. *Pungere:* Tusc. III. 25. 61: ut eos — aut non attingat aut perleviter pungat animi *dolor;* cfr. Tusc. II. 14. 33; — Tusc. III. 34. 82: si *paupertas* momordit, si *ignominia* pupugit; cfr. Sex. Rosc. 2: 6. *Excruciare:* Att. II. 21. 4: eum — nimis excruciant *(edicta);* — Fam. XIV. 3. 1: nec meæ me *miseriæ* excruciant; — Fam. V. 16. 4: sin illa te *res* excruciat; cfr. Fam. XIV. 19. *Stimulare* conjungitur cum vocibus, quæ sunt congressus, conscientia, fames, scrupulum, simultas, solitudo, cfr. Häggström p. 41. *Sollicitare:* Cluent. 69. 195: eos hujus *exspectatio* judicii dies noctesque sollicitat; — Fam. X. 1. 1: me *patria* sollicitat; — ibid. XVI. 17: *valetudo* tua me valde sollicitat; cfr. ibid. II. 15. 3; II. 16. 5; Fin. I. 16. 50. *Angere:* Fin. I. 12. 41: est *res* ulla, quæ sua natura aut sollicitare possit aut angere; — Att. IV. 18. 2: nullus *dolor* me angit; — ibid. V. 21. 4: angunt me *dubitationes* tuæ. *Conturbare:* ND. II. 35. 90: si forte eos primus *aspectus* mundi conturbaverat; cfr. Acad. II. 4: Tusc. III. 22; Fam. VIII. 12; Att. VII. 2. *Perturbare*: Phil. V. 1. 1: sic me perturbasset ejus *sententia;* cfr. Her. IV. 32; Tusc. IV. 31; ibid. 36; Leg. I. 17; Att. XV. 9. Alia ejusmodo exempla sunt: De Or. I. 20. 90: quod *consuetudo exercitatioque* intellegendi prudentiam acueret; — Her. IV. 22: ipsa *auctoritas* — erigit omnium cupiditates et acuit industriam; cfr. Lig. 4. 10; — Rep. I. 18. 30: istæ quidem *artes* — id valent, ut paulum acuant et tamquam imitent puerorum ingenia; — cfr. Rep. II. 23. 41; — Att. II. 24. 4: quam (cædem) *oratio* Q. Considii discusserat; — Marc. 6. 17: eos Martis *vis* perculit, non *ira* victoriæ; — Fam. VI. 13. 4: eadem enim *causa* opes meas fregit; — Act. in Ver. 1. 3: sin istius ingentes *divitiæ* — veritatem perfregerint.

3. Sequuntur *uti* et quæ ejusdem significationis sunt. *Uti:* Fin. III. 1. 4: ipsæ rhetorum *artes* verbis tamen in docendo quasi privatis utuntur ac suis; — Verr. III. 94. 219: quæ *(avaritia)* antehac occultis itineribus atque angustis uti solebat. De Or. III. 10. 39: quibus jam consuetudo nostra non utitur; cfr. Her. IV. 33. 45

abusio; Div. II. 36. 76 augurium; Part. Or. 7. 26 confectio; Acad. II. 14. 43 oratio; Fam. IV. 5. 6 patria; Fin. V. 21. 58 principium; Top. 1 respublica; Phil. XIII. 3. 6 sapientia; Or. 24. 81 sermo. *Adhibere:* Sex. Rosc. 11. 31: ut possit vim mihi majorem adhibere metus quam fides; — Acad. II. 14. 44: adhibituram et sensus et ea, quæ perspicua sint, (*naturam* orationis) cfr. De Or. III. 13. 50; — Cat. I. 8. 19: etiamsi vim adhibere non possit (*patria*). *Frui:* Cat. M. 14. 48: istis voluptatibus bona *ætas* fruitur; — Pomp. 20. 59: hoc magis *respublica* — frui debet summi viri vita atque virtute. *Fungi:* Brut. 2. 8: *ætas* nostra perfuncta rebus amplissimis; — Marc. 10. 31: perfuncta *respublica* est hoc misero bello; — Fin. V. 12. 36: quominus suo *sensus* quisque munere fungatur; — Cat. IV. 9. 19: ut mea *vox* officio functa consulari videretur. Hoc loco annotanda sunt *habere*, *tenere* et quæ ex eo composita sunt, quæ multis locis cum subst. abstr. conjunguntur; quum autem actionem plerumque non exprimant, eos locos non attinet proferre. Exempli causa afferantur Verr. III. 4. 7; ad tuam ipsius amicitiam — faciliorem aditum istius habet *nequitia* et *audacia* quam cujusquam nostrum *virtus* et *integritas;* — Brut. I. 6. 22: ecquodnam curriculum aliquando sit habitura et *natura* admirabilis et exquisita *doctrina* et singularis *industria;* — Rep. II. 33. 58: ne Lycurgi quidem *disciplina* tenuit illos in hominibus Græcis frenos; — Inv. II. 22. 66: quæ (*gratia*) in remuneratione officiorum et honoris et amicitiarum observantiam teneat; — Rep. I. 34. 51: cum rempublicam non *opes* paucorum, non *virtutes* tenere coeperunt; — Fam. III. 9. 2: tua tamen *dignitas* suum locum obtinebit; cfr. De Or. I. 52; III. 25; Or. 41; Sex. Rosc. 25; Sulla, 5; Acad. I. 3; Rep. I. 38; Fam. V. 21.

4. Postremo nonnulla verba litterarum ordinine descripta enumerentur: Part. Or. 25. 90: (*voluptas*) naturam fallaciter imitando *adulterat;* — cfr. Læl. 25. 92; — Off. II. 15. 55: nec ita claudenda est res familiaris ut eam *benignitas aperire* non possit; cfr. Fam. VI. 11. 2; Prov. Cons. 14. 34: una atque altera *æstas* vel metu vel spe — potest totam Galliam sempiternis vinculis *astringere;* — Att. IV. 1. 5: similis et *frequentia* et *plausus* me usque ad Capitolium *celebravit;* cfr. De Or. III. 38. 155; Her. II. 4: cetera facile comparabit *exercitatio;* cfr. ib. III. 11; Fin. I. 20; — Læl. 14. 50: quæ (*virtus*) etiam populos universos tueri eisque optime *consulere* soleat; cfr. Tusc. I. 49. 118; Leg. II. 13. 32; — (Phil. II. 11. 27: quare etiam majorem ei *respublica* gratiam *debet*); Fin. II. 24. 78: si *utilitas* ab amicitia *defecerit;* cfr. Verr. II. 1. 2; — Tusc. I. 46. 110: multo enim tardius *fama deseret* Curium; cfr. Att. VII. 7. 7; — Off. II.

4. 15: quibus rebus exculta hominum *vita destitit* a victu bestiarum; — Or. 42. 145; quod *dissimulat (eloquentia)*, effugit; — Cat. I. 1: quamdiu etiam *furor* iste tuus nos *eludet;* — Parad. II. 17: in quo *evigilarunt curæ* et *cogitationes* meæ; cfr. Fam. X. 8. 5; — Fam. I. 3: spes eum fallat; sæpius; — Cat. IV. 7. 15: quos cum casu hic *dies* ad ærarium *frequentasset;* cfr. Inv. I. 27. 40; — Div. I. 40. 88: Amphiarum autem sic *honoravit fama* Græciæ; — De Or. III. 53. 205: his fere luminibus *illustrant* orationem *sententiæ;* cfr. Or. 25. 83; — Her. III. 22. 36: *imitetur ars* igitur naturam; — Part. Or. 23. 81: vitia, quæ virtutem videntur imitari — fortitudinem *audacia* imitatur; cfr. Inv. I. 32. 54; Off. I. 35. 127; III. 32. 113; Leg. I. 8. 26; ND. I. 33. 92; Div. I. 13. 23; - Tusc. IV. 18. 41: ipsa sibi *imbecillitas indulget:* — Fam. IX. 12. 2: tua *moderatio* et gravitas aliorum *infamet* injuriam; — Verr. II. 68. 163: quantum et quam acerbum dolorem sociorum atque amicorum animis *inusserint* istius *injuriæ;* — Fin. I. 14. 49: eos quasi concordia quadam placet et *leniat (temperantia);* cfr. Phil. XIII. 2. 4; Tusc. III. 14: 29; — Or. 34. 120: quem laborem nobis Attici nostri *levavit labor;* cfr. Cluent. 59; Mur. 17; Tusc. II. 24; III. 16; 18; 25; IV. 28; Fam. IV. 4; V. 1; 16; — Mur. 31. 63: recentibus præceptorum studiis flagrantem jam *usus* flectet, *dies* leniet, *ætas mitigabit;* cfr. Inv. I. 21; Verr. I. 32; V. 52; Cluent. 30; Cæl. 31; — Or. 16. 51: quibus totis moderatur oratio; cfr. Verr. III. 98; Cæl. 3; — Fin. V. 16. 45: neque eam constitutionem summi boni, quæ est proposita, mutaverit *(voluptas);* cfr. Her. IV. 28. 39; Mur. 17. 35; Cat. M. 4. 10; Off. I. 14. 43: quæ *(liberalitas)* prosit amicis, *noceat* nemini; sæpius; — Or. 60. 203; quorum modum *notat ars;* — Fin. III. 2. 4: eas res nominibus notavit novis *(agricultura)*; cfr. De Or. II. 87. 357; Brut. 62. 224; — Phil. V. 12. 32: *opinio* et *fama* nostræ severitatis *obruet* scelerati gladiatoris amentiam; cfr. Fin. V. 30. 91; — Phil. IX. 5. 10: nulla ejus legationem posteritatis *obscurabit oblivio;* — De Or. II. 80. 329: *narratio* obscura totam *occæcat* orationem; — Dom. 12. 31: si cujus pontificis animum — mea *sententia offendit;* cfr. Her. IV. 31; Sest. 6; Calp. 30; Fin. I. 1; Fam. III. 10; — ND. II. 4. 12: hominum *conjectura peccavit;* cfr. Tusc. V. 2. 5; — Prov. Cons. 10. 24: cur eadem *respublica,* quæ me in amicos inflamare potuit, inimicis *placare* non possit: — Sex. Rosc. 34. 97: quæ *necessitas* eum tanta *premebat;* — Phil. X. 5. 11: nisi incredibilis ac divina *virtus* furentis hominis conatum atque audaciam *compressisset;* — Fam. X. 18. 3: quæ si *adventus* meus *represserit;* — Brut. 81. 282: cui muneri *mos* majorum ætatem certam, sortem in-

certam reliquit; Leg. III. 9. 20; quid juris bonis viris Tiberii Gracchi *tribunatus* reliquit; cfr. Quinct. 15; Fin. II. 32; IV. 13; Tusc. VI. 6; — Pomp. 15. 45: hujus *adventus* et Mithridatem — continuit et Tigranem retardavit; cfr. Her. I. 17. 27; Fam. V. 17. 1; Cluent. 70. 199; Phil. XIII. 9. 19; Post. Red. I. 8. 22; — Att. IX. 10. 3: sed ea, quæ scripsi, me tardarunt et *auctoritas* maxime tua; cfr. ib. VII. 12. 2; Brut. 68. 239; Verr. II. III. 57. 130; Phil. X. 5. 11; Pomp. 9. 22; Fam. V. 17. 7.

Substantiva quæ inanimas res significant.

Ex iis, quæ a nobis supra disputata sunt, apparet voces, quæ sunt *tabulæ* (= leges), *litteræ* (= doctrinæ), *domus* (= familia), *curia* (= senatus) *lingua* (= sermo), sim. ad hoc genus esse referendas. Neque tamen de voce *provinciæ* quid statuerem satis liquebat; sed quum viderem, quam primam huic vocabulo significationem subjiceret Klotzius quumque hanc vocem cum vocibus, quæ sunt *regio, colonia, Gallia* conferrem, eam in hunc locum recipiendam existimavi. Jam vero si quærimus, quæ res inanimæ cum verbis actionem significantibus sæpissime conjungantur, frequentissimæ inveniuntur voces, quæ pro personis usurpantur, ut *provincia (terra), urbs (colonia), municipium, curia (forum), domus, castra.* Deinde afferantur eæ voces, quæ ad significationem substantivi abstracti accedunt, ut *tabula* (duodecim tabulæ), *locus, litteræ, epistola.* His addantur vocabula, quæ partes corporis significant, ut *aures, oculi.* Ceterum apparet alias voces aliis verbis sæpius conjungi, ut *oculi vident, aures audiunt, duodecim tabulæ jubent*, cet. De terrarum, urbium locorumque nominibus vide quæ a me in Pæd. Tidskrift XII. p. 401 seqq. scripta sunt.

I.

Verba voluntatis.

1. Verba *velle nolle* his fere locis inveniuntur. *Velle:* Lig. 6. 18: quid aliud *arma* voluerunt nisi a te contumeliam propulsare; — Mil. 4. 10: quid *gladii* volunt; — Mil. 3. 9: duodecim *tabulæ* nocturnum

furem quoquo modo interfici impune voluerunt; — Fin. V. 14. 40: volet *(vitis)* secundum eam naturam vivere. Loquendi formula *sibi velle:* Verr. III; 80. 186: quid hæc sibi horum civium Romanorum *dona* voluerunt; — Att. V. 21. 2: quid sibi voluerint *(litteræ);* — Verr. II. 61. 150: quid ergo illæ sibi *statuæ* equestres inauratæ volunt. *Nolle:* Fam. XII. 25. 3: cum me *etesiæ* quasi boni cives relinquentem rempublicam prosequi noluerunt; — Fam. VIII. 10. 2: nolle *provinciam;* — Leg. I. 21. 55: quonjam usus capionem duodecim *tabulæ* intra quinque pedes esse noluerunt.

2. Verba *cupiendi*, *petendi*, *postulandi.*

a. Verba cupiendi, quæ sunt *cupere*, *quærere*, *requirere* cum inanimis rebus raro conjunguntur. *Cupere:* Flacc. 2. 5: quem vero tot tam gravesque *provinciæ* salvum esse cupiant; — Phil. I. 3. 7: quæ tamen *urbs* — una me nocte cupiens retinere non potuit. *Quærere:* Parad. VI. 44: tot *dotes* magnam quærunt pecuniam; Cæcil. 3. 7: eversæ *provinciæ* — solacium exitii quærunt; cfr. Verr. III. 26. 64. *Requirere:* Brut. 31. 120: oratio contractior, quam *aures* populi requirunt; — Sest. 60. 128: quem *curia* magis requisivit; — Part. Or. 17. 57: hic *locus* grandia requirit; cfr. Sex. Rosc. 12. 34; — Mil. 1. 1: qui *(oculi)* — pristinum morem judiciorum requirunt; — Pomp. 23. 67: ora maritima Cn. Pompejum — requisivit. *Desiderare* paulo sæpius invenitur: Mil. 8. 20: *agri* denique ipsi tam benificum — civem desiderant: cfr. Verr. III. 18. 47; ibid. 51. 120; — De Or. II. 20. 86: aliud — *campus* noster desiderat; — Cat. I. 5. 10; te imperatorem tua illa Manliana *castra* desiderant; — Cat. M. 10. 32: non *curia* vires meas desiderat, non *rostra;* — Or. 22. 73: magnus est *locus* hic et magnum volumen aliud desiderat; — Fin. I. 11. 39: num quidnam *manus* tua sic affecta desiderat; — Att. XIV. 20. 4: quod unum *municipia* bonique desiderant; — Planc. 5. 13: desiderarunt te *oculi* mei; — Brut. 84. 289: *subsellia* grandiorem et pleniorem vocem desiderant. *Exspectare:* Or. 50. 168: id enim exspectant *aures;* cfr. ibid. 59. 199; — Cat. II. 6. 14: illa *castra* nunc non Catilinam ducem exspectant; — Mil. 33. 90: si hæc *templa* atque *moenia* — consulatum ejus exspectare potuissent; — Verr. II. 15. 37: quem *provincia* tum maxime exspectabat; cfr. IV. 20. 42; — Verr. I. 23. 61: quæ *(signa)* sectorem exspectant.

Ann. Commemorandum Verr. V. 37. 97: quo neque Karthagienses gloriosissimæ *classes* umquam aspirare potuerunt.

b. Verba *petendi, postulandi,* quæ sunt *petere*, *rogare*, *deprecari*, *postulare*, *poscere*, *deposcere*, *flagitare*, *efflagitare* paucis locis inveniuntur: Lig. 3. 9: cujus latus ille *mucro* petebat; — Att. IX. 6. 5:

primæ *(epistolæ)* monent et rogant; — Post. Red. II. 3. 7: fratris — *lacrimæ sordesque* lugubres a vobis deprecatæ sunt (me) cfr. Fam. IV. 7. 6; — Agr. II. 27. 73: an est *locus*, qui coloniam postulet; — Verr. II. 47. 117: si hoc me muneris universa *provincia* poposcisset; — Verr. IV. 31. 69: ut illa *flamma* divinitus exstitisse videatur non quæ deleret Jovis Optimi Maximi templum, sed quæ præclarius deposceret; — De Or. III. 51. 198: quod *aures* hominum flagitabant; — Quint. fr. II. 9: epistolam hanc convitio efflagitarunt *codicilli* tui.

3. Verba, quæ sunt *jubere, vetare,* cum *tabula* in formula *duodecim tabulæ* conjuncta leguntur: Dom. 17. 43; Tull. 21. 50; Tusc. II. 23. 55; III. 5. 11 aliisque locis. Alia ex. sunt: Att. XII. 33. 2: tota *domus* — id suspicari vetat; — Att. XIII. 17: etsi tuæ *litteræ* recte sperare jubent; cfr. Fam. XIII. 26; Att. IX. 13.

Ann. Adjungantur *parere, oboedire, servire:* Tusc. I. 28. 69: hominis utilitati *agros* omnes et *maria* parentia; — ND. I. 8. 19: quem ad modum autem oboedire et parere voluntati architecti *aër, ignis, aqua, terra* potuerunt; cfr. ibid. 9. 22 aliosque locos in ND.; Leg. III. 1. 3; — Off. III. 16. 67: eæ *(ædes)* serviebant; sæpius. Eodem referam Pomp. 16. 48: ut ejus semper voluntatibus — *venti tempestatesque* obsecundarint.

4. Sequuntur *pati, sinere, ferre:* Att. X. 8. 3: pati potuerunt *oculi* me cum Gabinio sententiam dicere; — Planc. 41. 97: quæ *(urbs)* se vel potius exscindi quam e suo complexu, ut eriperer facile pateretur. *Sinere:* De Or. III. 61. 227: quo te *fistula* progredi non sinet; — Quint. fr. I. 3. 10; me *lacrimæ* non sinunt scribere; — Fam. VI. 1. 1: nec avertere a miseriis cogitationem sinunt *(oculi)*. *Ferre:* Rep. II. 42. 69: quem immutatum — *aures* eruditæ ferre non possunt; cfr. De Or. II. 84. 344; — Phil. II. 18. 45: quæ flagitia *domus* illa ferre non potuit; — Fam. XII. 20: quam quidem contumeliam *villa* pusilla iniquo animo feret; — Agr. II. 26. 70: Sullanus *ager* — tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni plebis stridorem unum perferre non possit. Restant Sulla, 25. 70: cujus *aures* umquam hæc respuerunt; — Planc. 18. 44: respuerent *aures*, repudiarent.

II.

Verba existimandi.

Non frequentem esse usum horum verborum, quum subjectis rei conjuncta sunt, jam supra vidimus, id quod hic quoque licet videre.

1. Primum igitur *arbitrari*, *putare* paucis locis leguntur: *Arbitrari:* Font. 12. 27: in qua illa *provincia* prope suam immunitatem ac libertatem positam esse arbitratur; — Planc. 9. 22: illa aspera et montuosa — *regio* se hujus honore ornari arbitrabatur. *Putare:* Off. III. 5. 22: ut posse putaret se valere (*membrum*); Phil. IV. 4. 9: quem si consulem illa *provincia* putaret.

2. Tum verba, quæ sunt *consentire*, *judicare*, *probare*, *decernere*, *sancire*, *absolvere*, unum in locum conferuntur: *Consentire:* Acad. II. 28. 89: qui negat *cor* sibi cum oculis consentire; — Fam. X. 6. 1: nequaquam consentire cum Furnii oratione visæ sunt *(litteræ)*; — Off. I. 28. 98: quod inter se omnes *partes (corporis)* cum quodam lepore consentiunt. *Judicare:* Brut. 8. 34: *aures* ipsæ quid plenum, quid inane sit judicant; — Dom. 17. 44: denique de mea causa jam omnes *urbes* — judicarunt. *Probare:* Or. 48. 159: refer ad *aures*, probabunt: *Decernere:* Sest. 14. 32: nullum erat Italiæ *muncipium*, nulla *colonia*, nulla *præfectura* — quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset Rep. IV. 10: cum perpaucas res capite sanxissent *(tabulæ)*. *Absolvere:* Quint. fr. I. 4: senatorem enim *urna* copiose absolvit. Quibus addi possunt Leg. III. 17. 39: ut minus multos *tabella condemnet;* cfr. Verr. II. 42. 104; — Quint. fr. I. 2. 6: plaudente tota *provincia;* — Planc. 8. 20: quorum honoribus *agri* ipsi prope dicam *montesque* favebant.

III.

Verba cognoscendi.

Perpaucis locis hujusmodi verba inveniuntur.

1. Verba, quæ sunt *agnoscere*, *cognoscere*, *sentire*, *discere*, primum proponam: Phil. XIV. 3. 8: facinus, quod nulla *barbaria* posset agnoscere; — Fam. V. 8. 2: ut *domus* tua tota — me tibi amicissimum cognosceret; — Or. 50. 168: curta sentiunt *(aures)* cfr. Off. I. 41. 146; — ND. III. 27. 69: sentit *domus* uniuscujusque, sentit *forum*, sentit *curia*, *campus*, socii, *provinciæ;* — Phil. IX. 4. 9: cohortatio gravior quam *aures* Ser. Sulpicii fere didicissent. Quo referendum: Verr. II. 8. 24: nunc primum *aures* tuæ hoc crimen accipiunt.

2. Sequuntur *videre*, *contueri*, *intueri*, *spectare*, *speculari*, *custodire*, *observare*, *audire*. *Videre:* Dejot. 3. 8: te amicum et placatum Dejotari regis *aræ focique* viderunt; — Phil. II. 28. 69: quid enim umquam *domus* illa viderat nisi pudicum; — Div. II. 52. 107:

quia recte aliquando viderunt *(oculi)*; sæpius; — De Off. 8. 28: si hoc uno quicquam *sol* vidisset indignius, Cetera ex. sunt: Dom. 57. 146: urbis enim celeberrimæ et maximæ *partes* adversum illud non monumentum, sed vulnus patriæ contuentur; — Quint. fr. I. 7: tot *urbes* unius hominis nutum intuentur; cfr. Fam. VI. 1; — Off. I. 17. 58: *domus*, quæ spectat in nos; Att. IV. 3. 2: inspectante *urbe*; — Flacc. 24. 57: cum speculatur atque obsidet nostra — *curia*; — Cat. I. 2. 6: multorum te etiam *oculi* et *aures* — speculabuntur atque custodient; cfr. Phil. XII. 9. 22; — Dejot. 11. 30: nulli *parietes* nostram salutem — custodient; cfr. Leg. II. 15. 37; — Or. 44. 1. 50: quod quidem Latina *lingua* sic observat. *Audire:* ND. II. 33. 83: ipse *aër* nobiscum videt, nobiscum audit; — Quint. fr. I. 1. 4: quod audiunt *(aures)*; sæpius.

IV.

Verba dicendi.

Quem ad modum in nostra aliisque linguis sæpe fit, ut inanimæ res loquentes inducantur, ita in Latina lingua solutæ quoque orationis scriptores inanimas res loquentes faciunt, quam ob rem subjecta, quæ ejusmodi res significant, cum verbis dicendi nonnumquam conjuncta inveniuntur.

1. Reperiuntur igitur *dicere, prædicere, loqui* hisce locis. *Dicere:* Verr. I. 37. 94: *domum* denique totam sodalis mortui contra te testimonium dicere; — Off. III. 25. 94: *sol* Phaëtonti filio facturum se esse dixit, quicquid optasset; — Fin. I. 11. 39: hoc ne *statuam* quidem dicturam. *Prædicere:* Har. Resp. 28. 63: cum ipse *mundus* cumque *agri* atque *terræ* — inusitato aliquid sono incredibilique prædicunt. *Loqui:* Dom. 32. 86: ut *annales* populi Romani et *monumenta* vetustatis loquuntur; — Fam. III. 11. 1: quia planius loquebantur *(litteræ)*; — Leg. I. 1. 2: dum Latinæ loquentur *litteræ*; — Fam. VI. 3. 3: ornatiora *parietes* ipsi loqui posse videantur.

Ann. 1. Conferantur huc nonnulla exempla, quæ ejusdem generis esse videntur. Rep. V. 6: vestræ *litteræ* illum laudant; cfr. Off. II. 13; — Quint. fr. III. 1. 2: ea *villa* tamquam philosopha videtur esse, quæ *objurget* ceterarum villarum insaniam; — Att. II. 20. 3: jam enim *charta* ipsa ne nos prodat pertimesco; — Fam. VIII. 1: sed ipsum *volumen* me excusat; Fam. IV. 6. 2: eum dolorem — *domus* jam consolari potest; cfr. Tusc. II. 7; — Scaur. 23. 46: *curia* illa

vos de gravissimo principatu patris testatur; cfr. ND. II. 55. 138; — Fat. 9. 17: qui *locus* attingit hanc quæstionem cfr. Her. II. 4; — Acad. (ex libr. incert.) tota illa *porticus* tumultuatur; Acad. II. 48. 147: Favonius ipse insusurrat navigandi nobis tempus esse; — — Quint. fr. I. 1. 5: *frons, oculi, voltus* mentiuntur; — ibid. II. 9. 1: sic *epistolæ* nostræ debent interdum halucinari; — Cæcil. 16. 54: nam *provincia* accusat; — Font. I. 2; Hirtuleium dissolvisse *tabulæ* publicæ coarguunt.

2. Sequuntur *clamare, exclamare, reclamare, clamitare, nuntiare, denuntiare, prodere, monere, admonere, respondere;* De Or. I. 13. 56: clamabunt omnia *gymnasia;* — Verr. II. 42. 104: *tabulæ* sunt in medio, quæ se corruptas atque interlitas esse clamant; cfr. ibid. I. 57. 150; — Or. 51. 173: *theatra* tota exclamant; — De Or. III. 50. 196: *theatra* tota reclamant; — Q. Rosc. 7. 20: nonne ipsum *caput* et *supercilia* illa penitus obrasa olere malitiam et clamitare calliditatem videntur; — Verr. V. 35. 93: *flamma* ex ipso incendio navium et calamitatem acceptam — nuntiabat; — Att. I. 19. 11: qualem esse eum tuæ mihi *litteræ* nuntiarunt; cfr. ibid. 15. 1; IV. 7; 16. 1; — Rep. II. 3. 6: nam *terra* continens adventus hostium — denuntiat; cfr. Mil. 1. 3; — Planc. 39. 94: in aliis civitatibus monumenta nobis *litteræ* prodiderunt; — Cæcil. 16. 52: qui (*liber*) si te recte monere volet, suadebit; — De Or. III. 12. 47: si qui me forte *locus* admonuerit; cfr. Top. 12; Leg. III. 20. 47; Att. I. 10. 3; His accedit *respondere:* Fam. II. 15. 2: scio cui tuæ *epistolæ* respondeant; cfr. Att. XIII. 47: — Cæcil. 16. 52: sed hunc *librum* esse responsurum; — Att. VIII. 4. 3: sciam quid respondeant consultationi meæ *(litteræ);* — Phil. XIII. 16. 33: tibi — *pugio* respondebit; — Arch. 8. 19: hoc poëtæ nomen *saxa* et *solitudines* voce respondent; — Cat. II. 11. 24: jam vero *urbes* coloniarum ac municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis silvestribus.

Ann. Additur Brut. 5. 19: jampridem enim conticuerunt tuæ *litteræ.*

3. Verba *declarandi,* quamquam dicendi habent notionem, plurimis locis jam supra ostendimus animi actionem non exprimere, id quod multo magis valet, quum rebus inanimis conjuncta inveniuntur.

a. Ex iis exemplis, in quibus *declarare* reperitur, hæc afferantur. Div. II. 65. 134: id enim ex ovo videbatur *aurum* declarasse, reliquum *argentum;* — Verr. III. 80. 18 7: neque enim iste *anulus* aureus — istum virum fortem, sed locupletem esse declarat; — Quint. fr. II. 14. 2: quod cotidie *domus,* quod *forum,* quod theatri significationes declarant; — Verr. III. 82. 189: ut ipsius *epistola*

ad te missa declarat; — Rep. II. 31. 54: provocationem etiam a regibus fuisse declarant ponteficii *libri;* — Div. II. 41. 85: Numerium Prænestiorum *monumenta* declarant honestum hominem; cfr. præterea Or. 48; Fin. III. 19; ND. II. 10; 21; Div. I. 33; II. 12; Fam. IV. 11; Att. VI. 1. 17.

b. Huc conferuntur *ostendere, indicare, demonstrare, significare,* quæ nonnullis locis leguntur. *Ostendere:* Att. IX. 6. 5: proximæ *(epistolæ)* gaudere te ostendunt me remanisse; — Inv. II. 9. 30: ecquid hic quoque *locus* suspitionis ostendat: — Verr. V. 58. 153: cui civi supplici non illa *dextera* invicta fidem porrexit et spem salutis ostendit; Cluent. 32. 87: ipsa *pecunia* — ad quam rem fuerit, ostendat. *Indicare:* De Or. III. 51. 197: ut epularum *fides* ac *tibiæ* Saliorumque versus indicant; Att. II. 11: etenim *litteræ* tuæ — quid futurum esset, indicabant; — Verr. II. 75. 185: ut hi pusilli et contempti *libelli* indicant; — Verr. IV. 16. 36: *tabulæ* nullum indicant emptum. *Demonstrare:* Verr. II. 63. 154: quæ (*statuæ*) hoc demonstrare videantur. *Significare:* Verr. V. 35. 93: adventum significabat *ignis* e specula sublatus; — Pet. Cons. 11. 44: quæ (*janua*) si significat voluntatem abditam esse; — Att. VI. 1. 2: ut Bruti *litteræ* significabant, cfr. Fam. V. 4; Ep. ad Brut. I. 17; — Tusc. I. 14. 31: quid ipsa sepulchrorum *monumenta* significabant; — Verr. II. 76. 186: quæ *(tabulæ)* significabant multis nominibus eos homines versuram a Carpinatio fecisse.

4. Tum nonnullos proferamus locos, in quibus verba *vocandi, hortandi* inveniuntur:

a. Vocare et quæ ex eo composita sunt: Att. IV. 6. 4: amicorum *litteræ* me ad triumphum vocant; — Mil. 38. 104: quem omnes *urbes* expulsum a vobis ad se vocabunt. *Avocare:* Har. Resp. 9. 18: quæ *(litteræ)* nostros animos deterrent atque avocant a religione. *Revocare:* De Or. III. 61. 227 (*fistula*) jam ab ipsa contentione revocabit; — Fam. IX. 1. 2: ignoscunt mihi, revocant (*libri*); — Att. VII. 23: tribunum pl. Philotimi *litteræ* ad vitam revocaverunt.

b. Hortari: Mil. 1. 3: quam ob rem illa *arma* — præsidium — ut magno animo simus hortantur; — Off. I. 11. 35: ne posset aliquando ad bellum faciendum *locus* adhortari.

5. Postremo invenitur verbum *docendi* his fere locis: Agr. II. 35. 95: docuit *ager* ipse; — Scaur. 12. 25: *campus* ille nobilissimus ac feracissimus ipse me causam pæne docuit; — ibid. 12. 27: me illam causam non solum homines, sed etiam *locus* ipse *lacusque* docuisset; — Balb. 6. 15: quæ nos *libri* docent in umbra; — Fam. III. 6. 5: quæ (*litteræ*) me docerent quid ageres: — Balb. 6. 15;

ea Cn. Pompejum — *regiones* ipse docere potuerunt; — Fam. II. 12. 1: tuæ *litteræ* quæ me erudiant de omni republica.

Ann. Commemoranda sunt *recusare*, *refellere:* Cat. M. 15. 51: *terra* quæ numquam recusat imperium; — Agr. II. 27. 73: an est *locus*, qui coloniam postulet, qui plane recuset; — Dom. 30. 81: ut *locus* ipse in tanta tua injuria legem et inscriptionem statuæ refelleret.

V.

Verba affectuum.

Ex iis, quæ infra afferentur, exemplis facile apparet Ciceronem non sæpe rebus inanimis humanos sensus attribuisse, ut eas more poëtarum vel lætantes vel lamentantes faciat. Ac plurima hujusmodi exempla in orationibus nobis occurrere consentaneum est, quæ poëticum quendam colorem nonnumquam habeant.

1. *Lætitiam* significantia verba his fere locis inveniuntur: Agr. II. 4. 9: *tecta* atque *agri* mihi lætari videntur; — Calp. 22. 52: *moenia* ipsa viderentur et *tecta* urbis ac *templa* lætari; — Cat. II. 1. 2: quæ (*urbs*) quidem mihi lætari videtur; — Or, 50. 168: meæ (*aures*) quidem et perfecto completoque verborum ambitu gaudent nec amant redundantia. Eodem referendum Marc. 3. 10: *parietes* hujus curiæ tibi gratias agere gestiunt.

2. Verba *luctum* significantia: Verr. III. 18. 47: ut *ager* ipse cultorem desiderare ac lugere dominum videretur; — Sest. 60. 128: quem *forum* luxit; — Verr. III. 89. 209: lugent omnes *provinciæ;* — Sest. 24. 53: *tecta* urbis ac *templa* lugerent; — Calp. 9. 21: *templa* gemerent, tecta urbis lugerent; — De Or. I. 57. 245: *lapides* mehercule omnes flere ac lamentari coëgisses. Quo referendum est Mil. 8. 2I: squalent *municipia.*

3. Ad ultimum addamus nonnullos locos, in quibus verba, quæ *metum* exprimunt, leguntur: Off. II. 8. 29: itaque *parietes* modo urbis stant iique ipsi jam extrema scelera metuentes; — Pomp. 18. 55: cum *insula* Delos — nihil timebat; — Agr. I. 7. 21: non dico hoc solum in republica *vectigal* esse, quod — hostem non pertimescat. (Eodem refero: Fam. V. 12. 1: *epistola* enim non erubescit).

VI.

Verba variæ significationis.

Ut jam supra demonstravimus, verba, quæ sequuntur, animi actionem proprie non exprimunt, quamquam subst. abstr. adjuncta notionem actionis retinere videbantur; quibus autem locis cum inanimis rebus conjunguntur, in iis ne actionis quidem significationem tueri solent iis exceptis, in quibus inveniuntur substantiva, quæ sunt urbs, provincia, colonia aliaque, quæ pro iis, qui incolunt, usurpantur. Itaque ea præcipue exempla afferentur nonnullaque alia, quæ commemoranda videntur; quæ quum non multa sint, omnia hujusmodi verba in unum locum contuli.

1. Ac primum quidem ex iis locis, in quibus verba *capiendi* nobis occurrunt, licet afferre: Sest. 63. 131: cum me *domus* eadem optimorum et doctissimorum virorum — lætissima accepisset, quæ proximo anno mærens receperat; — Rep. II. 5. 10: quo posset *urbs* accipere, quo egeret; — Mil. 37. 101: erit dignior *locus* in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat; — ibid. 38. 105: o *terram* illam beatam, quæ hunc virum exceperit; — Acad. II. 37. 118: *materia* in se omnia recipiente; — Quint. fr. I. 1. 2: cum *urbs* custodem non tyrannum, *domus* hospitem, non expilatorem recepisse videatur; — — Dejot. 10. 29: felix ista *domus*, quæ non impunitatem solum adepta sit; — Cæcil. 16. 54: (*provincia*) actorem causæ totius adoptavit; — Fam. XII. 13. 1: quæ (*toga*) — rempublicam ex manibus hostium eripuit ac reddit.

2. Hæc exempla, in quibus verba *dandi* inveniuntur, allata sint: *Dare:* Fam. V. 4. 1: *litteræ* Q. fratris — tantum spei dederunt; — Tusc. I. 19. 44: *oræ* ipsæ illorum locorum — majorem cognoscendi cupiditatem dabunt; — Planc. 6. 16: *tabella*, quæ frontes aperit hominum, mentes tegit datque eam libertatem; — Post. 5. 11: *tabella* est, quæ dat potestatem, occultat eadem libidinem. Alia ex. sunt: Rep. II. 5. 10: quo posset *urbs* — reddere quo redundaret; — Dom. 37. 100: sin mea *domus* — monumentum præbet inimico doloris mei; — Off. I. 29. 104: suppeditant autem et *campus* et studia venandi honesta exempla ludendi; — Off. I. 1: quorum alter te scientia augere potest, altera (*urbs*) exemplis; — Fam. II. 13. 3: miro desiderio me *urbs* afficit; — Fam. II. 16. 1: magno dolore me affecissent tuæ *litteræ;* — Agr. II. 29. 80: quid vos Asiæ *portus* — juvabunt; cfr. Fin. III. 19. 63; — Quint. fr. II. 8. 2: mihi — *epistola* hoc adspersit molestiæ.

3. Sequuntur verba *ducendi* quorum proferamus exempla, quæ sequuntur: Att. III. 19. 2: me tuæ *litteræ* numquam in tantam spem adduxerunt; — Quint. fr. I. 1. 2: nulla *pictura*, nullum *vas*, nulla *vestis* — (te) ab summa integritate continentiaque deduxerit; — (Off. I. 28. 100: *viam*, quæ deducit); Acad. I. 3. 9: nos — hospites tui *libri* quasi domum reduxerunt; — Mur. 20. 42: sed tamen L. Murenæ *provincia* multas bonas gratias — *attulit;* cfr. Dom. 49. 128; Agr. II. 34. 92; — Att. XV. 16. 6: itaque me referunt *pedes* in Tusculanum; — Verr. II. 1: me ad hoc negotium *provincia* attraxit; cfr. Div. I. 39. 86; — Att. VIII. 4: detraxit XX dies etiam *aphractus* Rhodiorum; — Att. VI. 7. 1: eum valde tuæ *litteræ* excitarunt; — Mil. 38. 105: o *terram* — ingratam: si ejecerit (hunc virum); — Cat. II. 1. 2: quod tantam pestem evomuerit forasque ejecerit (*urbs*); — Flacc. 40. 100: laudatores misit (*provincia*).

4. Quod diximus hujusmodi verba cum rebus inanimis conjuncta actionem non exprimere, id de verbis *eundi* in primis valet, quæ hisce locis motum significant, actionem sæpissime non significant, cfr. Div. I. 27. 57: priusquam plaustrum ex oppido exierit, aliosque locos, ut eos, in quibus de motu corporum cælestium dicitur. Commemoratione digna videntur exempla, quæ sunt: Verr. II. 23. 57: jam intellegetis hanc *pecuniam*, quæ via modo exire visa est ab eo, eam semita revertisse; — Phil. II. 8. 20: cedant — *arma* togæ; — Div. II. 67. 138: istæ *imagines* ita nobis dicto audienses sunt, ut simulatque velimus, accurant; — Top. 21. 79: in quam non aliquis *locus* incurrit; — Fam. II. 16. 2: sed incurrit hæc nostra *laurus* — in oculos; — De Or. II. 30. 130: illi (*loci*) ad causam explicandam statim occurrant; sæpe; — Prov. Cons. 13. 33: quas regiones — populi Romani *arma* peragrarunt; — Mil. 12. 33: vestræ *peregrinantur aures;* — Rab. 33: prope *regiones* ipsæ convenerint; — Att. VIII. 9. 3: crebro enim illius *litteræ* ab aliis ad nos commeant; — Verr. V. 15. 39: secuta *provincia* est; — Fam. XV. 10: 2: *domus* tua denique tota me semper omnibus summis officiis proscuta est.

5. Ad ultimum conferantur verba *faciendi*, *pugnandi* et quæ restant alia: Verba *faciendi* Brut. 33. 125: damnum Latinæ *litteræ* fecerunt; — Tusc. I. 11. 22: nihil enim est apud istos, quod non atomorum *turba* conficiet; — Or. 44. 150: *stilus* exercitatus efficiet facilem hanc viam; — Phil. I. 4. 9: ut mihi nulli neque *remi* neque *venti* satisfacerent; — Lig. 3. 9: quid enim tuus ille destrictus in acie Pharsalica *gladius* agebat. Sest. 63. 131: *urbes* Italiæ festos dies agere adventus mei videbantur. *Pugnandi verba:* Font. 20. 46: propugnat pariter pro salute M. Fonteji Narbonensis *colonia;* —

Planc. 6. 15: ne contendat cum prætorio nomine equester *locus;* — — Mil. 33. 91: cujus non restiterit cadaveri *curia;* — Agr. 7. 21: qui *ager* ipse per sese Sullanæ dominationi — restitisset; — ND. I. 18. 48: si omnium animantium formam vincit hominis *figura;* — Pomp. 18. 54: quæ tam parvula *insula* fuit, quæ non portus suos — defenderet: Quo referendum Agr. II. 28. 77: *urbs*, quæ bellum facere atque instruere possit. Ceterum hæc annotentur exempla: Pomp. 20. 60: quæ (*urbes*) huic imperio maxime minitabantur; — Mil. 5. 14: rempublicam tamen non volnerarunt (*arma*); — Mil. 14. 37: hæc (*sica*) insidiata Pompeio est, hæc istam Appiam nece Papirii cruentavit; — Arch. 8. 19: quod (nomen) nulla umquam *barbaria* violavit; — Att. I. 18. 2: insident et *urgent* et nullius amantis consilio aut sermone requiescunt (*aculei*); — Her. IV. 10. 15: ut corporis bonam habitudinem *tumor* imitatur; Div. II. 53. 108: *oculi* enim vera cernentes utuntur natura atque sensu; cfr. Inv. I. 34; — Div. II. 52. 108: quando *oculi* peccent: Quint. fr. III. 8: delevit enim mihi omnem molestiam recentior *epistola.*

CORRIGENDA:

Pag. 4	v. 20	*Pharsarsalica*	*Pharsalica*
„ 5	„ 38	statuerit	statuerint
„ 12	„ 10	*vis del*	
„ 22	„ 10	*oboedire, obtemparare*	*parere oboedire*
„ 26	„ 7	conjunta	conjuncta
„ 35	„ 3	*Suffragari del*	
„ 36	„ 10	conjunta	conjuncta
„ 44	„ 13	*abhorre*	*abhorrere*